Illustrissimo ac Reu[erendis]dissimo Domino,

D. IACOBO ZADZIK

EPISCOPO CRACOVIEN.

DVCI SEVERIÆ,

Domino & Patrono colendiss.

V. Eremi Camald. [...] Insula Vigrensi

MARTINVS H[...] Societatis IESV,

Fe[...]m.

NIhil est [...]ra purpuram, Illustrissime ac Reuerendiss: Domine, quò sanguineus prope mortalium aspiret labor. nihil proinde Virtus emerita illustrius expectare sub cælo, nihil ego per omnes Honorum gradus ad summa ductæ augustius vouere possum. Non humanæ tamen gloriæ ambitiosum aliquod symbolum cogitabit Amplissima Celsitudo Tua. illam fero Purpuram, quâ Rex Dolorum & Sacerdos verè

A Maxi

Maxim[...]s verè Optimus, per ludibrium olim [...]stitus, Regum omnium Præsulumq; purpuras honestauit. bis tinctam esse facilè deprehendet, qui magis Diuino sanguine, quàm natiuo murice rubentem aspexerit. Conueniet, ni fallor, humeris Polonæ Reipub. onus ferre doctis: nam & iis aliquando inhæsit, quibus reparandus Orbi nitebatur. Nec scio, quidquamne viri principibus magis dec[o]rum sit, quàm Regis huius dedecore orna[r]i? Nisi & decu appellare malis; quòd ea chlamys ignomi niam Deo afferre ausa, retulerit maiesta tem. videlicet vsu effecta melior culpa violatæ Maiestatis hoc præmio luit: qua veniam à personato Rege ac fauorem me rita, quòd scenæ seruiisset. Itaq; patien facilè, Illustriss: ac Reuerendiss: Domin sacrum istud, quod nuper inscendisti, sol huius etiam purpuræ luce augeri. Tame enim Fata prouidisse Tibi videantur, non nisi per purpuras ires, dum gemin

claro

claro purpurâ Serenissimo Cardinali Ioanni Alberto ad hoc Ducalis Episcopatûs regimen succedis; attamen (pace vestrâ, Principes terræ, dixero) cæterarum splendorem omnem ac pretium hæc vna vincit, quam Illustriss: Celsitudini Tuæ dedicatum eo: vt summa votorum attigisse videar, dum post aliorum panegyres, variamq́; primo ad hanc Sedem ingressui Tuo gratulantium pompam, id offerre meâ meiq́; Ordinis manu possum, quo maius nihil habet minima dolentis IESV Societas. Atq́; vt pretium huius muneris clarè perspicias, vide, (si videri tamē inter vulnera potest) inhærescentem huic purpuræ, suoq́; velut affixum sanguine Regem Dolorum: vide, inquam, & quem Romanus Præses hominem esse dubitat, Regem Tuum agnosce, agnitum adora. Equidem pro Rege isto ad Tuam Celsitudinem Orator accessi, demissè religioseq́; supplex, vt eum ab indigno populo exclusum atq́; eiectum in Ratem

Tuam [illegible] utilitiã beneuolè admittas. Haud enim [illegible] quam seruandis Regibus idoneam m[illegible] atq; opportunam reperiet. Erudito iam vel inter procellas cursu Regum Regnorumq; Sarmatiæ salutem hæc vexit Oneraria: ipsos triginta, vel ampliùs, annos in hoc labore plusquam nautico exegisti, vt Te gloriosa canities nonnisi ad Clauum potuerit reperire. N[illegible]mmemorem priuatas publicasué Reg[illegible]uras huic, verè dicam, Regiæ Naui cr[illegible]tas: quàm pridem admirante Septentrione Moschouiticas glacies eluctata è terris illis horridis armorumq; feracibus Pacem reportauit! Prodigij certè instar fuit, quòd venerabundus hostis quacunq; victoriam illa flecteret, vltro positis armis sequeretur; saluaq; duntaxat crederet, quæ huic Onerariæ commisisset. Iam Prussicorum tumultuum quibus nuper auspiciis, quâ ope inuecta tranquillitas? Debet profectò huic Naui Polonia, quantum nec Augusti vel

Hadria-

Hadriani triremibus Romanum ... *periū, tametsi arrogans* Felicitatis *voc* ... *um non magnis euentibus, sed magnis consi* ... *tum literis iactârint. Quò admirabile minùs est, eo Regum vel honore, vel amore dignam extitisse, vt velum deponere iussa inermi dūtaxat malo vteretur: satis, reor, sine velo secura, dum Regales adspirarent Fauonij. Perge v* ... *fortunatum gloriæq; diues Nauigium* ... *portus à Superis destinatos. illud Tibi hodie (vt Naui quondam Salaminiæ Critolaus) memori versu inscribam:* Magnos seruatur in vsus. *In quos? ais. Non, vt lembus ille Pharsalicus, Cæsarem eiusq; fortunam; sed Regem Dolorum eiusq; Purpuram vehes. gloriosissimum erit post laureatos Reges hunc ferre purpuratum. Eccur vela iam olim submisisses, nisi vt antiquissimarū nauium ritu cultuq; tantum Principem honore obuio salutares? an & captandis auris minimè fatigari oportuit, dum tali numine agerêre?*

rêre? Salutis certè Nauem in fabulis censebo, quam auctore Theseo ferunt quotannis Delon excurrisse, dumq́ isthic à sacerdote Apollinis coronaretur, neminem Athenis licuisse interfici. Versabitur magis ob oculos Tua Nauis, *Illustrissime ac Reuerendissime Domine, quâ cùm ciues Patriæ, Patriamq́ ciuibus toties seruâris, nunc vnam perpetuamq́ circumferes vniuersorum mortalium Salutem. Hæc Teipsum, hæc Gentis Tuæ Nauem saluam perpetuò velit, hæc deniq́ coronam imponat. Ita precor: ita voueo. Cracouiæ, vj.* Idus *Martij. Anno Salutis,* 1636.

Meditandæ Passionis Christi Commendatio.

Nihil tam salutiferum nobis est, quàm quotidie cogitare, quanta pro nobis pertulit Deus & Homo. *Aug: Serm: 23. ad Fratres in eremo.*

Simplex Passionis Dominicæ memoria & meditatio plus vtilitatis affert homini, quàm si in pane solo & aquâ annum integrum ieiunet: plus etiam, quàm si diebus singulis ad sanguinem se flagellet: plus denique quàm si Psalterium integrum quotidie recitet. *Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis.*

Facultas

F[illegible] R. P. Martini Hinczæ Prouincialis Poloniæ Societatis IESV.

REGEM DOLORVM à quatuor Theologis nostræ Societatis reuisum typis vulgari facultatem concedo, si ij, quorum interest, censuerint. In quorum fidem has manu meâ subscriptas dedi. Cracouiæ, [illegible] [illegible]arij. 1635.

APPROBATIO.

EGO Sebastianus Nucerinus, Ecclesiæ Cathedralis Cracouiensis Concionator, & librorum Censor Ordinarius, fidem facio, quia librum hunc, cui titulus est, REX DOLORVM, ab Admodum R. P. Martino Hincza Prouinciali Poloniæ Societatis IESV compositum, vidi: & vt ad imprimendos cordi deuoto Regios IESV CHRISTI dolores Cracouiæ vnà cum additamentis excuderetur, potestatem feci. Die 23. Febr. 1635.

MEDI-

MEDITATIO PRIMA.

Rex seruorum pedes lauat.

PRÆLVDIVM I. *Recole historiam de Apostolorum pedum lotione.*
Prælud: 2. *Statue te in cænaculo.*
Prælud: 3. *Pete cælitus humilitatis ediscendæ gratiam.*

Punctum Primum.

REgali Conuiuio præmittenda lotio fuit, veteri iuxta, ac nostro sæculo sanè vsitata. Rex igitur ipse linteum vltro capit, præcingitur, vrceum ac peluim assumit, seruorum pedes eluturus. Nemo ab aula cælesti comparet, qui id obsequij præstet. Dominum ac Regem totus is manet labor.

Mihi, quicquid illud est, Rex æterne, permitte, da id amori meo, da humanitati tuæ, vt quod obis, pro te obeam. At Rex: Meum, inquit, est ministrare tibi, qui corporis Virginei præcinctus sudario tuis me obsequijs deuoui, nempe

non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. It
orſus eſt, miniſtrat IESVS vel pauper
imo, paratus in ſanguinis ſui lauacr
vnumquemque per ſacrum Baptiſma e
luere, quò per canales purpureos pre
tioſi ſanguinis vnda depluit. Nec illu
minus eſt, quod in ſacro Pœnitẽtiæ my
ſterio geritur En ad IESV balneum. tu
quoq; inuitatus es: lotus es, mundusné
es? Cui elui tam procliue eſt, lauacrum
culpare non poteſt, ſi mundus non eſt.
Cæterùm vtendum in eo balneo eſt, ſi ad
epulum, quod & in cælo tibi præpara-
tum, & ſub cælo in Euchariſtia relictum
admitti deſideras. O deſidero; bone IE
SV, deſidero. Mandare IESVS poterat a
quam afferri, non mandat, ipſe affert
ipſe affundit. Quàm tu crebrò tuopte
miniſterio vti potes Chriſti causâ, tamet
ſi minimè deſint, qui ſeruiant? facisné?

Punctum Secundum.

AFfuſâ Rex IESVS aquâ, ad ſeruos ac-
cedit; pedibus aduoluitur, eoſque
ſacroſanctis manibus lauare aggreditur.
Quam adeò profundam humilitatem
conſpicatus Regię familiæ princeps Pe-

us exclamat: Itané verò? Tu mihi la-
us pedes Rex Sereniss? absit, absit, non
no, non patior? non lauabis mihi pe-
es in æternum! Stupet Petrus, dicit mi-
ndum illud *Tu?* illud stupēdum *Mihi?*
nmensum videlicet discrimen, inter
egiæ illius maiestatis excelsitatē, suæq;
eruitutis abiectionem exhorruit. Quæ-
it B. Augustinus, quidnam sit illud *Tu?* *Aug. Tractatu 56. in Ioan.*
 illud *Mihi?* respondetque cogitatio-
ne potius pensandum esse illud *Tu*, &
llud *Mihi*, quàm verbis explicandum.
Ego dum illud *Tu* considero, non pos-
sum quin dicam, O plenum mysterij
Tu? ô inexplicabile, *Mihi!* *Tu* Deus
æterne, *Mihi?* vmbræ fugienti, vapo-
riq; euanido? *Tu*, Fons sanitatis, *Mihi*,
sentinæ delictorum? *Tu* Saluator ac Re-
demptor, *Mihi* reo vinctoque? *Tu* sa-
pientia infinita, *Mihi* meræ ignoran-
tiæ, errori mero? *Tu* Rex Angelorum,
mihi mancipio peccatorum? Inscul-
pe homo cordi tuo istud *Tu, Mihi;* fu-
turum enim est, vt & tam salutaris la-
uacri memor, gratusque sis, & mundi-
tiam tanto impendio partam nunquā
amittas, si magni æstimes sacris te Iesv

Regis tui manibus ablutum: Ea porr
verbula duo, & seriam animorum cu
ram rite expiatis, & non perfunctoria
præparationem ad sacra Mysteria ac
cessuris videntur planè inculcare. Qui
illud quoque cogitare licet, in ea pel
ui immensum planè visum esse pela
gus, quo dum mergi metuit Apostolu
exclamat: Absit à me, vt vel pedem
huic Oceano immittam; hauriar his
fluctibus, hauriar. Oceanus nimirum
erat Regis Tanti Tanta demissio. Ec-
quid censes Christiane? Arduum est
demitti? At minimè certè operosum
videri debet, ad mendicorum etiam
lauandos pedes accedere tali doctore,
tali exemplo. Cùpio mi IESV Rex opti-
me, cupio; vtinam quàm proximè te
sequi valeam.

Punctum Tertium.

PAssus Petrus est pedes sibi lauari Regia manu, at non prius quàm minas audiuit. *Non habebis partem mecum*, eoq; exclamat; *Domine non tantùm pedes, sed & manus, & caput.* Minatur Rex repulsam à cælesti conuiuio,

nisi

nisi conuiuam sua manu lauerit. Quid? credamnè Petrum detestabili quippiam scelere fuisse incestatum, cui eluendo tale opus fuerit ministeriū? Minimè sanè. At nisi monitus morem IESV Regi gessisset, futurum erat, vt cælo æternùm proscriberetur ille Apostolorum Princeps, ille regni cælestis clauiger, illud Ecclesię Caput, crimine videlicet contumaciæ, quæ sic procul dubio fuit capitalis, ideoque manus, & caput vltro præbet.

Barrad. tom. 4. lib. 2. cap. 3. Basil. in Regul. breuiorib. resp. 233.

Quoties à Regis tui vicario mundaris, si quid haud mundum eluendum est, vtpotè si cogitationum parum probarum vel etiam vnius labe mens aspersa sordescat, Petrus imitandus est, præbendum caput, parendumq́; omninò, si partem habere vis, & in cælis cum Rege per beatitudinem, & in terris cū Regis Vicario per doctrinam. Admitto Rex æterne, admitto quod offers lauacrum, caputque vsquequaq́; tibi purissimo mundatori submitto, ac peto, ne per ministros tuos animum affectusque meos mundare nunquam intermittas. Ego parebo quantum voles,

licèt enim indignum tanta maiestate sit mancipiorum illuuiem attingere; quoniam tamen tu ita vis, cui multò grauius mundi scelerum onus incumbit; eum me Confessario prçstabo meo qualem tibi Regi ac Deo, quem latere nihil potest: nec erit macula quam celatam velim, nec perplexitas animæ quam patefactam nolim.

MEDITATIO SECVNDA.

Rex ad proditoris pedes.

Præludia eadem cum superioribus.

Punctum Primum.

INter Apostolos fuit quoque Iudas nequam Apostolus, optimi sanctissimiq; Magistri discipulus latro; benignissimi munificentissimique Domini famulus proditor; proborum filiorum frater degener. O si vel nunquam natus fuisset, vel natus mox interijsset! Expediebat sanè dudum sceleratum illumà Christi sanctorumque Contubernio

bernio, consortioque depelli; verùm Domini bonitas nihil nisi maniter agere potest sustinet furem: vel domesticum. quæ quidem suauitas en quo progressa tandem est! Recumbit proditor inter conuiuas amicos; Rex autem genibus prouolutus, pedes scelestos lauat, abstergit, osculatur. Caue fætidissimam hanc picem Rex Sereniss: caue tangas putidum canem IESV suauissime, proditor tuus est quem tangis proditor, qui vitam sanguinemq; tuum sacrilegæ subiecit auctioni, patremq; parricida funesta stipe hostibus capitalissimis addixit. Eijce ex turba prædonem, ruat præceps in barathrum, ardeat æternis ignibus plagiarius, perduellis, sacrilegus. At clementissimus Rex humanitatem, beneficium, amorem præstat scelerato, impio, latroni: neq; alium præbere se nouit Auctor salutis Salutis proditori.

Quàm multa id genus amoris argumenta Rex IESVS præstat improbis, quo tandem eos ad se pelliciat! verùm hæc charitatis illicia nequaquam longiùs eunt, quàm vita. Quem in pecca-

tis mors deprehendet, ei Rex vt iuſtiſſimus, ita ſeueriſſimus iudex erit. Ne abutere, ô homo, Regis optimi clementiâ: dum licet, excute vitia, vitamque corrige.

Hoc volo, Rex Maxime, hoc peto, tu modò opem auxiliumq́; ſuggeras, vt viuam prout vis & iubes.

Punctum Secundum.

IN ſtuporem egit cælos tam profunda tam excelſi Regis humilitas. Æternum verò Patrem infinita hæc Filij charitas vehementer mouit. Qua quidem charitate permultùm ſibi nobiſque Chriſtus promeruit. Quid enim fædius, quid tetrius eſſe potuit Iudâ? quid pulchrius, quid illuſtrius Chriſto? CHRISTVS tamen pedibus Iudæ Capitalis inimici ſubſternitur. O viderent hæc, qui vti ſemel odijs exarſerunt, ſic inuicem ſe auerſantur, vt mutuum cõſpectum defugiant, colloquium horreant, beneficium vel acceptum, vel oblatum deteſtentur, honorem vel exhibitum, vel exhibendum execrantur. Quæſo te, vter tandem melior? tuné? an

n IESVS? vter nobilior: IESVSnè, an
u? meâ quidem ſententiâ melior IE-
VS, IESVS nobilior: nec eſt, opinor,
ui ſecus iudicet: quàm paucos tamen
ideas, qui non meliores IESV, mino-
a paſſi quàm IESVS condonare offen-
ſam planè dedignantur. Eritné, Rex ac
Domine, quod mihi tuâ causâ graue vi-
deatur, cùm te pedibus proditoris vi-
deam ſubiectum? Non erit profectò, mi
IESV, non erit. Feram omnia, dum
me ſimilem tui videam; eumq́; qui me
quacunque ratione læſit, ita diligam,
vt ſi opus ſit, pedibus nocentis prouolui
paratum me habeas, idq́ue tuâ ſolius
causâ, Domine, Rex, DEVS meus.

Punctum Tertium.

HOſtili in Regem IESVM odio cor Iudæ inflammatum nullis amoris argumentis ſe deliniri, nullis obſequijs adamantinam duritiem emolliri patitur, ſed quam concepit proditionem cædemq́; Regiam molitur. Quidnam tandem, Iuda ſacrilege, quid in te tantum Rex tuus commiſit? illudné quod Apoſtolum te creauit? quod prodigio-

rum patrandorum facultatem conceſſit, quòd Euangelicæ prædicationis munus commiſit? Rudis paulò antè ac ſortis extremæ, en, quò tandem honoris euaſiſti? vt ſi Regi Chriſto perſeueranter inhæſeris, tribunal iudiciariũ æterni Iudicis aſſeſſor obtineas; neque veritatis æternæ te promiſſa, ſi ſcelus omittas, fruſtrabuntur. Nihili hæc apud proditorem. Solus ei nummus in pretio, pecuniam eſurit, pecuniam ſitit, pecunia latroni Regina, vita, DEVS. Apoſtolica dignitas, Solium cæleſte, Chriſtus, mera ſomnia.

Hæc obſtinationis propria dos eſt, vt nequaquam flecti ſe ſinat, æterniquè boni iacturam, ludum ac fabulam æterno malo ſuo ducat.

Id prorſus agunt peccantes, qui vel vnius mortiferi criminis culpâ beatæ æternitatis iura amittunt, pluriſq; vmbram rei viliſſimæ, quàm animam, cælum, Chriſti ſanguinem, DEVM deniq; æſtimant. Cæci, heu cæci homines! cæca prorſus es, anima mea, quæ cùm noueris, quãtuis boni creati magnitudinem perfectionemq; infra Deum eſ-

ſe,

e, DEO tamen quàm sæpe anteponis, quod sua turpitudine ne nominari quidem meretur!

En ego, bone IESV, omnibus te bonis antepono, quia vt bonis omnib⁹ es melior, ita mihi carior; ideoq; nihil volo, quod tu nolis, nil me capit, nil delectat, quod tu vetes.

Respuo solatia, quæ non sunt ex te; horreo suauitatem, quæ est sine te; detestor omnia quæ sunt contra te. neque enim creatus sum à te, nisi ad te, & propter te, Rex meus, & DEVS meus.

MEDITATIO TERTIA.

Rex cœnam instruit.

PRÆLVDIVM I. *Reuoca in mentem historiam Eucharistiæ.*

Prælud: 2. *Idem cum priore.*

Prælud: 3. *Petitionē continet, quâ plenam eius cōuiuij cogitationē obtineas, & suauitatem amoris, quo tùm Christus flagrabat, persentiscas.*

Punctum Primum.

EXtremam Rex cœnam præbet, eandemque primam, quam, vt ipse ait, deside-

desiderârat ab ipso ortu suo. Extrema est, quia sub noctem cæli terræqúe Rex nobis eam apposuit, æterno iam Sole occumbente. Extrema est, quia nulla amplius superest cœna, nisi illa in æternæ felicitatis æterna regia, DEI visio. Extrema est, quia quidquid epularum, quidquid lautitiarum mens aut capere, aut appetere potest, abundè continet. Extrema est, quia ad vsq; mũdi occasum producetur; quâ etiam è vita migraturus frui debet, quisquis viuere optat. Extrema est, quia quidquid amoris, alacritatis, munificentiæ Rex habuit, hîc deprompsit. Prima porro est, quia reipsâ nunquam à Rege data: imago tantùm picturaqúe cœnæ in lege veteri repræsentata. Prima, quia omnium quotquot fuerunt, sunt, erunt, conuiuiorum lautissima, suauissima, nobilissima. Prima, quia omnibus epulis, omnibus conuiuijs omni iure præponenda est. vide homo vide, quàm Rex erga te munificus, quàm erga Regem tu deparcus! vsq; in finem dilexit te IESVS; tu verò quousqúe tandem IESVM diligis? Euiscerat se IESVS, vt

se,

tibi impendat: quid vero agis tu, vt te Iesv rependas? Vincis me Deus meus, Rex meus, in omnibus me vincis; victum me agnosco: sed quidquid amoris tui agere patiuè per vires licebit, agã adiutus tuâ gratiâ & patiar; nec restrictè profectò me aut malignè erga te geram, sed largè, sed alacriter, sed toto animo præstabo & exequar, quæcunq; te velle nouero; neque aliud, te fretus, aut committam, aut sentiam, quamdiu viuere me voles. quidquid sum, Regis mei sum.

Punctum Secundum.

QVænam tandem ea cæna est? quod conuiuium? Deus hîc conuiuator, Deus prægustator, Deus cibus, Deus se præbet epulandum, Deus editur, Deus bibitur, vt conuiuæ Deo viuant. Adeò liberalis in homines Deus est, qui omnibus rebus creatis in vsus hominum impensis, cùm ipse vnus superesset, ipsum se tradidit. Potuitné mens creata cogitare DEVM cibi instar os hominis posse ingredi, in viscera transmitti, verè mandi, verè bibi? Rex IESVS hæc

præbet miracula, qui cum corpore, sãguine, animâ, diuinitate, in hoc Sacramento mirandum in modum vltro inclusus, quidquid ipse fuit, hominibus obtulit, & quod consequens erat, merita, gratias, virtutes, & quidquid habuit, attulit. Quò processisti, ô infinita, ô inestimabilis, ô inaudita IESV charitas, vt ego te, Domine mi, cibum habeam? te, creator mi, manducem? Ita est, mi homo: atqui ego te apud te tamdiu mendico, necdum emendico. Abundè munificentiæ meæ, impendijsque responderis, si animam mihi dederis. Do equidem, IESV Rex meus: totam quanta quanta est accipe, nihil mihi nihil relinqui deposco, imò vt nihil relinquas, supplico.

Si verè supplicas, propriam penitùs exue voluntatem. Quodsi leuanda vnquam pauperis occurret indigentia, Regis amorem intuere; fietqúe leue, quodgraue fecerat amor habendi.

Disce insuper pretium magnitudinemque huiuscè Cænæ animo solerti ac pio expendere quoties ad eam accedis, Regiq; tuo supplex dicito. Illumina

ina Domine tenebras meas, tolle cæ-
tatem meam, vt & videam Regis h-
s, diuiniq; epuli magnitudinem &, vt
ar eſt, æſtimem.

Punctum Tertium.

ASſident ſacro Conuiuio non vmbræ, aut plebs vltima. Rex hîc, & Principes conuiuæ, quin & Regina MARIA, in diuerſo biclinio epulata eſt, miſſamque à Rege partem è Principis Apoſtoli manu accepit, ac cœnæ facta particeps eſt. Cerne, vt ſuauiter Rex eo cibo veſcitur, vt Regis mater ſuauitatis magnitudine planè colliqueſcit, vt vnus Principum cæleſti dulcedine caput languidulum regio pectore reclinat. Tuum id exemplum eſto, vnde diſcas, quàm vehementer cœnæ huius ſapore capi, quantoperè ſalutare epulum eſurire debeas, dareque operam, vt Rex verè ſis, dum hîc conuiuaris. Quàm multa hodie ſeruitia, quàm multi venalitij ſtultè diuina menſæ huius edulia liguriunt, qui diaboli catenis nexi, ac vincti ſcelerum compedibus per ſacræ confeſſionis decretum minimè

Metaphr. in vita Deiparæ, apud Sur: 15. Aug. Barrad: tom: 4. lib. 1. cap. 17. in fine.

nimè excuſſis, ad tremendam hanc m
ſ m ſacrilegi audent accedere.

Fac Domine, vt in tua gratia Sacra
hæc omnes obeant, quò ampliorem
gratiam mereantur.

Mihi verò cura erit, non ſolùm ne
vinctus, ſed vt etiam cum aurea ſynthe
ſi, veſteq́; regia, hoc eſt, cum ardent
charitate, virtutumq́; cæterarum ſplen
dido apparatu ad edulia ſalutis acce
dam. Tu modò, Rex meus, manum
admoue, & eum tibi me ſiſtam, qui ſa
cratiſſimis oculis tuis placeam. Quod
vt præſtare digneris, per Sanctiſſima
Genitricis tuæ, Reginæ meæ, merita
precesq; ſupplico.

MEDITATIO QVARTA.

Rex Hortum ingreditur.

PRÆLVDIVM I. *Repete Hiſtoriam.*

Prælud: 2. *Comitare Ieſum, Hortumq́; illum animo deſigna.*

Prælud: 3. *Ora, vt Regij mæroris particeps eſſe poſſis.*

Punctum

Punctum Primum.

ACtis ſecundùm cœnam Æterno Patri gratijs Rex IESVS, vbi prolixo oq; colloquio diſcipulos recreauit, greditur cœnaculo, ne quid fortè turarum patrifamilias, domuique tam de meritæ ſuâ causâ crearetur, ſi ab hoili cohorte inibi fuiſſet deprehenſus; e defugere tamen vim cædemq; imninentem videretur, locum Iudæ proitori haud incognitum ſubit.

Exit ergo Rex noſter cum paupere amiliâ, vale hoſpiti dicit, grates reendit, cœnæq; impendia diuinâ ſuâ enedictione remuneratur. Ne, quæſo, inc exeas, IESV pulcherrime, hîc te bſeratis oſtijs contine, cinge præſiio domum: vnicus ſaltem Angelus ruet ianuam; certè ſatis tueri te, hoeſq; cæcitate mactare, ac delere pluma etiam millia poterit. Exibo, mi omo, hortumque petam animi causâ; el mors certa ſubeunda ſit, dummoò rem Patri gratam faciam, ſubibo nortem. Quàm ardens tuum hoc plaendi Patri deſiderium, Rex meus, cui

vitam etiam tuam tam pretiosam pos habendam censeas, eòq; ingredi cupias, vbi haud dubiè cruentus te hostis deprehendat?

Heu, quid mecum fiet, qui occasionem locumque omnem horreo, vbi non necem, sed exiguam tuâ causâ molestiam mihi paratam suspicor? Fuit hoc, Rex maxime: verùm abhinc cum tua gratia alacer eò inuolabo, vnde noxius vel corporis, vel famæ amor retrahit. Disce inter cætera à Rege tuo Christiane, nemini negotium facessere, nemini vel in re minima afferre molestiam.

Punctum Secundum.

REX in via transito torrente Cedron ingruentem horrendæ passionis procellam, quâ obruendus erat, infinitamque scelerum, quæ ingrati mortales, diuiniq; sanguinis immemores patraturi erant, congeriem conspicatus, mærere cæpit ac pauere. Est cur mæreas, Rex optime, sano, florenti, innocenti, sancto, bene merito Parenti pro improbis, sceleratis, impijs, perditis

filijs

lijs moriendum est; moriendum, in-
uam, tam horribili supplicio, tam
aruo emolumento. Est quod mæreas:
æ animæ, væ, quæ tantam Regi tristi-
am parit. Eram ego quoq; Rex glo-
iose, eram, fateor, tui mæroris causa,
ui doloris materia, cùm te offende-
am, sed hactenus ista. Cupio dein-
eps & statuo ea curare, quibus tu læta-
i possis, eòq; detestor peccata omnia,
etoq; vt & anima mea, & corpus mor-
is tuæ particeps fiat. Gratias tibi, bone
Redemptor, quòd Oceanum hunc tam
lifficili vado transieris: nisi enim fe-
isses, infinitum æternorum ignium pe-
agus mihi ineundum erat, nunquam
ranseundum. Attende, Fili, quantò
præstet aliquid in mortalitate perpeti,
quàm in ęternitate cruciari: Torrēs est,
riuulus est, gutta est, quicquid hîc tole-
atur, æternitas, Oceanus est, cuius nus-
quam littus est; vtrum vis elige. Malo
Domine, contristari in hac vitâ & te-
cum, & propter te, quàm in illa crucia-
ri sine te. Grauiter igitur ne feras,
quicquid ferendum acciderit.

Punctum Tertium.

Matt: 26 vers. 38. Mar: 14. vers. 34. APerit tristitiam Rex; cum ait: *Tristis est anima mea vsq; ad mortem.* explicari res non potuit apertiùs. Quid enim morte tristius? quid eo, quod mortem affert, atrocius? atqui is Regius erat mæror, qui nisi diuina vis mortem auertisset, Vitam extinxisset. Et certè si exigui temporis cruciatus mortem Regi afferret, minùs forsitan mali esset: at cum eo vsquè perduret, dum Rex in cruce moriatur, malum equidem intolerabile.

Titelmanus.

Marcescit suauissimus ille flos, ô anima mea, languet illa pulchritudo, illa hominum, Angelorum, Dei voluptas. Obscuratur atrâ nube serenissimus Sol iustitię, deficit ille Sanctorum amor, illud cœli terræq; delicium. Tangat te tam acris hæc Domini tristitia, assume tam acerbi mæroris partem, indue luctum, aterq; cor saucium velet dolor, vt quoquo modo sponsi tui cruciatus leues.

Concipe hinc eum commiserationis affectum, vt si fieri possit, quàm pluri-

plurimùm de Domini dolore detrahas, & in corde tuo recondas. Mihi crede, nihil melius, nihil ſuauius, nihil ſalubrius cordi tuo immiſeris: ſummum enim cordis gaudium reputare debes, triſtitiâ Domini conflictari; videas etiam hinc licet inſaniam eorum, qui mundum ſectantur, qui in vaniſſima huius vitæ lenocinia cor ingurgitare poſſunt, dum vident ſuâ causâ diuinum Saluatoris cor tam amaro mærore tabeſcere. Ite, ite, falſa mundi ſolatia, abeſte gaudia, mæret Rex meus, nil niſi lugere libet, dum Regium pectus tam amarus mæror obruit. Age, dum animo triſtitia obrepit, ſic te ſolare: Nondum vtiq; mæror hic vitam eripit, triſtitia hæc non eſt ad mortem, aut ſi ad mortem, àctum benè eſt, quòd vel eâ parte Regi tuo ſimilis eſſe poſſis. Mæſtiſſime IESV, Rex Sereniſſime, vnicum meum ſolatium! ô ſi liceat contriſtari tecum, in te, pro te! cæterùm triſtitiam reſpuo, quę non ſit propter te.

Illud hîc quoq; piè conſiderandum eſt, vt mærore Domini exterriti Diſcipuli rogant, vnde tam inſolens triſtitia?

 vt

vt mæſtitiæ cauſas inter ſe diſquirunt: Quid factum Regi eſt? nunquam tam mærentem vidimus, inuſitatum quoddam & grande malum accidit. Dilectus autem IESVS, cauſæ, vt credi fas eſt, non ignarus lacrymis diffluebat, premenſq́; peracerbum corde arcanum, languebat dolore. Alij metu pallidi, nunc huc, nunc illuc diſpiciunt, vt ij ſolent, qui per tenebras ſpectris aut periculis terrentur. Iure verò: iam enim horrendæ ſpectrum mortis Regi occurſabat, iam proditor hoſtem centuriabat in durum ſuauiſſimi, munificentiſſimi, ſanctiſſimi Regis exitium.

MEDITATIO QVINTA.

Rex orat in Horto.

PRÆLVDIVM I. *Pete Hiſtoriam è Paſſione Domini.*

Prælud: 2. *Siſte te in Horto.*

Prælud: 3. *Supplica, vt modum Orationis Regiæ plenè perſpicias.*

Punctum

Punctum Primum.

MÆrebat Regis animus, nihilo tamẽ minus à charissimis tribus famu- s se seducit, & quodammodò auelli- ur, quantus iactus est lapidis, dimittitq; dmonitos: *Sustinete hîc,* inquit, *& vi- ilate mecum.* Hîc sustinete, mecum igilate. Nunc verò, si quando, Rex ptime, indulgendum colloquijs, nunc gendum cum famulis, nunc leuanda nentis ægritudo, nunc arcessendum, uidquid haberi lætitiæ potest. Non æc solatia quærit Rex, deserit discipu- os, aliò leuamenta doloris petiturus lemigrat. At nos, si quid mæroris in- gruat, è terra, non è cælo miseras con- olationes nequicquam carpimus. A- uelle te ab his solatijs, anima mea, alia quærenda sunt: ea consectare, quæ mo- ri nesciant, & quamlibet arduum sit, cælos pete, cælos pulsa. Tametsi enim apis sit cor tuum, sensim tamen para- to firmoque animo iactum eò deue- niet, vbi læta æternitas perennat. Di- sce hinc quoquè rebus mortalibus sic hærere, vt morienti ne graue sit sepa-

Luc. 24. vers. 41. Matt. 26. v. 38.

rari, imò ne tum quidem titubare, cùm DEVS quam dederat pietatis suauitatem animo subtraxerit. Sustinendum est, vigilandum est, iubet Rex; Nequè certè aliud à te IESVS expectat. Quorsum enim post eius in cælos abitum sub cælo viuis, nisi vt vigiles, vt sustineas quàm toleranter tàm vigilanter mala omnia DEI causâ.

Aderit postmodò ipse, teque solabitur, cùm opus solatio videbit.

En paratum me, Domine, tum meo tum proximorum animis inuigilare, paratum meæ me alienæque saluti impendere, exemplo tuo, qui semper pro me, & sæpe sine me vigilas. Tuam modò opem ne poscenti deneges.

Punctum Secundum.

DIgressus à comitibus Rex infinitæ Maiestatis quasi humillimus homo in genua, mox etiam in faciem prolapsus Patrem æternum veneratur. Quidnam hoc noui moris est, Rex æterne? Patris conspectum subis, & vultum abscondis? atqui nullius te conscium cul-

pæ

e nouit Pater? Attolle frontem, nihil
t, nihil prorsus, quod vel ab hoste
bijci tibi possit. Num vultu irati Patris
rritus imis terræ visceribus oculi
æoptas? An immitem expertus tellu-
m, in hoc vitæ egressu gratiam cum
inis? At equidem nihil in cælum, ni-
il in terram, Rex noster ac Domine,
eliquisti; verùm quoniam vltro te pec-
atorum nostrorum oneri subiecisti,
uod te terræ prorsus apprimit, oculos
umi defigis, eodemq́; tam humili ge-
u inflammatam sceleribus nostris Pa-
is iram restinguis, vltricemq́; cælestis
indictæ manum supplex inhibes.

Quid agimus homunciones quàm
iles tam improbi? quid agimus DEI
ostriq́; immemores, qui in flagitio-
um mersi colluuiem, offenso DEO pu-
oris expertes oculos obijcimus, agi-
musq́; cum violata illa Maiestate sanè
àm periculosè, quàm irreuerenter? re-
erentiam igitur, pudorem, ac iustum
os timorem DEI Filius condocefacit,
âdemq́; operâ nobiscum in gratiam
edit, atq; amicitiam nostram expetit.
Moueat te tanta Regis tanti humilitas,

vt vitijs, vitiorumque illecebris ac o
casionibus æternùm te subducas, ne
vnquam Dominum tam dulcem opp
gnes. Moueor equidem, bone IES
moueor, æternùm detestor quo offe
di possis, ac supplex commissa ignos
postulo, gratiasq; ago, quòd meâ caus
adeo te Patri humilem præbuisti.

Damnat hoc orandi ritu IESVS pl
rosque, qui aut deambulando vagabi
di, aut citra imbecillitatem sedend
distenti ac diuaricati, eo situ frigida
suas preces æternæ Maiestati obtrudũ
quo mortalem nunquam Principem
alloquerentur, cum quo si agere con-
tingat, DEVS bone, quàm multas, qu
varias pedum, manuum, capitis, cor-
porisq; totius flexiones, ac gesticula-
tiones ex aulæ legibus venerabundi e
fingere solent!

Punctum Tertium.

Matt. 26. vers. 39. ORat Rex, *Pater mi, transeat à m calix iste, verumtamen non sicut eg volo, sed sicut tu.* Ter easdem pre-
ces repetit, irritas fore non ignarus vna
Patris contentus voluntate, vt & tu ni-

hil

l vltra id, quod Deo placet, amplius
quiras, & voto frustratus moderatè
submisseq; geras: Dei voluntatem
mper intuere, vnde velut è fonte in-
uersis solatium haurias.

Supplicat Rex vt transeat calix. quid *S. Catha.*
irum? totus acerbus, totus felleus, *Senen. vi-*
tus lethifer. Supplicat vt transeat, *ta Hilar:*
oc ni fallor est, vt quamprimùm pa- *in Matth.*
endi faciat initium. Supplicat vt à se
homines vniuersos, ac in primis in
artyres transeat. Præclarum gratiæ
gnus id est, Domine & Rex gloriose,
ansеat, oro, ad me quoq; calix tuus,
im quæso dolorum tuorũ particeps.

Infelix anima, ad quam Christi pas-
o non transit: procul enim dubio æ-
rnùm interibit. Non transit ad E-
nicos, non ad Iudæos, non ad Hære-
cos, non ad prauos Catholicos, qui
o sua scelera cælo Deoq; indigni, im-
utabili diuinæ iustitiæ decreto sem-
ternis supplicijs destinati sunt.

Subtrahe morti æternæ animam
eam, Rex clementissime, in quam
salutifer Passionis Sanguinisq; tui ca-
x transierit, viuet.

Ego

Ego, quod in me est, adnitar per tua gratiam, & meum laborem, Domin IESV, ne æternùm moriar, atq; vt ſ cta mea digna te iudices, ſanguinem tuum admiſcebo, certus nihil me r pulſæ laturum. Quod humillimè à peto, humiq́; ſtratus pro epoto tam maro calice laudes tibi debitas gratia q́ue offero.

MEDITATIO SEXTA.

Regem Legatus conſolatur.

PRÆLVDIVM I. *Hiſtoriam percurre.*
Prælud: 2. *Idem cum ſuperiore.*
Prælud: 3. *Pete cælitus lumen, qu eam conſolationem vtilite perſpicias.*

Punctum Primum.

Matt: 26. verſ. 40. REuerſus ad diſcipulos Rex, vigilia Orationemq́; dormitantibus præ cipit, atq; vt benignus Pater benign torpentes reprehendit: *Sic non potuiſtis* inquit, *vnâ horâ vigilare mecum?* At di ſcipuli

uli cùm mærentis animi ægritudi-
tum molesta somni importunitate
enè enim in mediam noctem vigila-
n erat) tum deniq; dormiendi ne-
ßitate deuincti, attollebant quidem
nonente Domino; at mox imbecil-
te victi conniuebant, atq; obdormi-
bant.

Non obliuiscitur familiæ mœrore
pressus Rex, reuisit, confirmat con-
tentationes, ad orandum excitat:
te, inquit, *ne intretis in tentationem.* *Ibid: ver. 41.*
c Deus Rex noster IESVS agit no-
cum: videt ignauos, somnolentos,
ros, neq; tamen despicit, ad alacrita-
n hortatur, ad Orationem inuitat.
: verò sursum tendere graue pute-
is, præbet se nobis exemplum:
n potuistis vnâ horâ vigilare mecum?
rea verba ex aureo Regis ore, quis
tandem, quem non vehementer
cendant? Cùm instat orandi hora,
ortè obrepat somnus, his te horta-
: Siccine tu vnâ horâ vigilare cum
risto non potes? Adstandum rite
crificio est: si vagari mens gestiat,
mone te: Dimidiâ horâ adstare Chri-
sto Re-

ſto Regi tuo quietus non potes? Idem
in cæteris Chriſtianæ pietatis officij
non inutiliter vſurpabis.

Noui liquidò, mi IESV, mi Rex
noui torporem meum, noui ignauiam
meam, non queo tecum tuo modo v
gilare, ſed opem imploro; quâ adiu
tus exemploq; tuo excitatus vigilare
alacriter, fideliterq; in tuis obſequij
perſeuerare ſtatuo.

Punctum Secundum,

ORatio Sol eſt, cuius proprium eſ
tenebras noctemque depellere.
Quiſquis ergo in aduerſis ſolatium ex
petit, orationem vſurpet. Hæc enim
egregius Domini Pſaltes monet, dum
Pſal: 33. verſ. 6. canit: *Accedite ad eum & illuminamini, &*
facies veſtræ non confundentur. Hoc le
uandæ triſtitiæ remedio vtitur IESV
Rex, dum ſolidis horis tribus orat, ita
quidem, vt ſingula ſuſpiria cælum pe
netrent. Hærebat quidem terræ vul
tus, defecti fletuq; manantes oculi lan
guebant; at flamma, quæ ſuaptè na
turâ ſumma petit, cordis penetralibus
excuſſa, ad ipſum Diuinitatis ſolium
perueniebat. Proli-

Prolixa erat hæc IESV Oratio. Nam *Luc: 22.* iptura. *Prolixiùs*, inquit, *orabat*: *vers. 43.* otiescunq; ægrescit animus, Oratio etenda est, si cæleste lumen men-; serena tranquillitas quæritur.

Discas hinc oportet, non perfuncto- orandi negotium expedire, sed de-um ei tempus impendere, pulsa diu uinæ misericordiæ limen, illudq; inprimis age, vt omnia cogitata, di-, suspiria cælos superent, non vtiq; arus, Orationum tuarum omnium npus vnius horæ spatio definitum e. Ecquis verò diuinare potest, te ad horę finem vitam producturum? pedijsti horam admodum dimidi-, duos illa quadrantes habuit, pue-am, & adolescentiam: maturam s ætatem; senectus restat incerta. de igitur, quàm solicitum ambula-te oporteat cum Deo tuo, memor icam labori tuo destinatam esse ho-m, quæ opinione celeriùs elabetur.

Concede mihi gratiam tuam, bone sv, quâ orationis assiduitas, vitæq; ristianæ labor edulcatus palato meo nper sapiat. Erubesco vehementer,

ne

ne momentum quidẽ eorum me, qu
tu egisti, agere; quod vel ipsa hæc Diui-
nissimi Corporis in terram prolapsi
arguit: Proinde auxilio tuo subnixus
quàm studiosissimè gloriæ tuæ salutisq́
meæ negotia exacturum me recipio.

Punctum Tertium.

EXurge iam tandem, mæstissime IE-
SV, en cælitus adest Orator illustris
sine controuersia solatium à Patre Opt.
Max: allaturus. Præbe attentas aures
legationi, anima mea.

Accedit Orator, Regemq; humilli-
mè veneratus, legationem auspicatur
Rex potentissime, Rex noster, Rex do-
lorum, summus cælorum terrarumq́
conditor, ac æternus Monarcha, arden-
tissimo clamore, tuo, qui nos etiam
(quantum fas immortalibus fuit) tri-
stitiâ compleuit, vehementer commo-
tus me ad te submittit, ac per me, quid
à te velit, denuntiat. Immutabilis igi-
tur sententia ipsius est: te pro humani
generis salute certò moriturum; quæ
quidem mors, prçter restitutionem hu-
manæ gentis, immensam prorsus ad
glori-

riam tuam faciet accessionem, Pro-
etarum tuorum fidem repræsenta-
; sanctorum hominum frequentiâ
undum illustrabit; cælo beatarum
entium numerosas colonias transcri-
t, quæ desertas perduellium Angelo-
m sedes occupabunt, eosdemque
sertores eadem mors tua profliga-
t, spoliabit, conteret. Et vt cætera
essent: quia Patri ita placet, moriē-
m est, Quidnam ad ea Rex? Dixis-
sanè iurè; Moriar pro mundo? quò
hi mundus? quò animæ? certè qui
omni æternitate gloriosus Diuinita-
meæ beatitudine frui poteram, pos-
m vel modò in hac ipsa humanitate
æterna gloria perennare; id nempe
erui. quod meum est, peto. vltra
eritum nihil deposco. Quantula ad
oriam laudemq; meam ex homini-
us saluis portio accedet? quantuli
æ damnatis sunt, quos cælum capiet?
on respondit ista Rex, sed potius:
eate, inquit, Spiritus, Orator & con-
lator iucundissime, respondebis ex
e Patri æterno, gratijsque nomine
eo pro paternæ huius visitationis in-

 dulgentiâ

dulgentiâ persolutis, dices, me vt obsequentem filium decet, paternæ voluntati perfectè morem gesturũ. Quod vt ante sæcula me facturum spopondi, ita hâc ipsâ hora sponsionem instauro: sic, vt quàmlibet sanguinem meum nemini profecturum viderem, sanguine tamen voluntati Paternæ litarem, cui vni vt obsequar, libenter patior, libenter morior. O stupenda IESV charitas, quàm prompta, quàm alacris diro te Crucis offers supplicio! redama Regem tuum, anima mea, & vt rependas alacritatem suam, trade illi voluntatem tuam: trades verò, si fideliter & promptè exequêris omnia, quæ DEVS voluerit. Amplector, bone IESV, voluntatem tuam, gratiasque ago, quod tam ardua passus iussa meâ causâ, tam ardenter amplexus sis. Addico me tibi, paratus tui amore exequi, quæcunque vel animi, vel vitæ meæ moderator præscripserit.

MEDITA-

MEDITATIO SEPTIMA.

Rex sudat.

ÆLVDIVM I. *Pellege Historiam.*
lud: 2. *Priori simile.*
lud: 3. *Implora opem Diuinam, quâ & perfectè perspicias hunc Regis tui sudorem, & sentias dolorem.*

Punctum Primum.

Dorato Rege, Angelus ad Patrem reuertit: Rex verò humi stratus, epta consolatione Angelica, grauiſ-is animi exanimari anguſtijs cæpit, bus opprimi ſolent, qui iam iã obi-i cum morte luctantur, totuſq; pro-ſus orat, obedientiamq; Patri æter-velut nouo chirographo obligatur guinem exſudat. Horrebat natura ciatus intolerabiles; at obſequi pa-us, Patriq; addictus animus ſupera-: naturam, ac ſtrenuè pro iuſſis Patri-ropugnabat. Durum ſanê certamen, de tam inſolitus ſudor manauit! Pẽ-i in horto, Rex æterne, quod in horto

S. Grego. libro 24. Moral. cap: 17.

(heu) deliquimus, nec candidas a
gentei ſudoris gemmas, ſed purpure
ſanguinis carbunculos vbertim effu
dis. Premunt te, video, peccatoru
meorum pondera, quêis haud ſecus,
torculis ſubactus totus ſanguine flu
totus colliqueſcis.

Finem iam tandem peccandi, ô a
ma, faciamus: Domini verò ac Re
noſtri onera ne deinceps augeamus. S
tis eſto quod pertulit. Æterne Domin
quidnam tandem eſt, quod miſeri m
tales grauioribus in dies, imò in hor
ſceleribus te audent violare? quid, or
mali, quid moleſti à te paſſa eſt ge
humana, vt ſic in te ſæuiat? Iument
dum feſſum ſudat, aliquid laxamen
datur: Rex & conditor omnium, ta
violenter tractatus, tàm miſerè langu
nullam experitur miſericordiam! Vi
re omni ope contendam omnia pecc
ta mea, Iesv optime, ne ampliùs ad h
onera quidquam à me accedat.

Punctum Secundùm.

PRouolutus humi, viribusq; exha
ſtus Rex Iesvs, copioſum è to
corp

rpore fundit ſanguinem, criminũq;
ſtrorum fœditatem lachrymis deflet
nguineis, quarum clamor vehemen-
r multò eſt, quàm is fuerit, quo vin-
ctam Abelis iuſti ſanguis expetebat.
amabant quippe ſacroſancti illi è cæ-
ſti petra amore valido excuſſi riui:
olluta ac infecta terra eſt, Pater ſancte,
n tandem eluitur: iratus es terræ, iam-
ue exitiales vindex dextera ſagittas in
us perniciem librat; Sed, en Pater iu-
e, pectus meum: hoc pete, hîc tela tua
emerge; paratum me ad omnia cer-
is, incolumes mihi ſerua homines: a-
imam quæſo, quæ vnquã huius amo-
s mei meminerit, perditam nolis. Fie-
ne poteſt, Rex glorioſiſſime, vt creatus
mor ſatis amori tuo reſpondeat? non
oteſt equidem, non poteſt. Conſau-
iandus eram telo vindictæ Diuinæ, tu
e obieciſti, tu vulnus accepiſti. Abſor-
ebar peccatorum barathro, tu difficil-
imo per rubrum amariſſimæ paſſionis
nare natatu morti me ſubtraxiſti. De-
rædico nomen ſanctum tuum, dilau-
lo pietatem tuam, redamo te ſummũ
& ſolum amicum meum. Quis enim

 amico-

amicorum meâ cauſâ tantùm facere
tantùm vellet? Nemo extra te, Dom
ne IESV, nemo. Deplora igitur hos R
gis amantiſſimi cruciatus, Anima, &
ſanguinem nō potes, funde lachryma
Scito quoque ferenda tibi eſſe Chri
cauſâ onera, qui grauiſſima quæq; pr
te, & à te ferebat; nec defugiendum e
ſe ſudorem, quem propter Chriſtum
ſuſceptus labor expreſſerit.

Punctum Tertium.

MAnat tellus purpureis regij ſangui
nis riuis, multiplex cæleſtis balſa
mi latex triſte ſolum imbuit, non e
qui ſudorem IESV detergat, veſtitûs mu
tandi nulla eſt facultas. Defectus virib
ac lapſabundus Rex, ægrè ſeſe ſuſtinet
O ſi tum adfuiſſem, IESV Rex optime
legiſſem equidem cæleſtes illas Diuin
cruoris gemmas, ac imo corde condi-
diſſem; at quia non licuit, animo nunc
affectuq; pio lego beatas illas opes, ac
in cordis mei myrothecio hunc ſudo-
rem, hoc balſamum, hunc ſanguinei
fletus pretioſum rorem recondo, quò
æternùm memor eſſe poſſim, quàm

nmenso redemptus pretio sim, quàm
nagnis seruatus laboribus.

Offero lubens nunc quod possum su-
ariolum, conscientiam, inquam, meã
uam vt mundissimam cõseruem, nul-
s parcere curis certum ac deliberatum
st. Offero & humeros meos, quibus
ıffultus fugientem spiritum colligas,
olo, inquam, infirmis, debilibus, mi-
imis tuis, quæ potero, præstare officia
more tui, sicut tibi. Suscipe, oro, hæc
e manu famuli, mi IESV, mi Rex, ego
uicquid offero, totũ cum sancto sudo-
e tuo tibi offero, quo aspersi & conditi
ratiores oculis tuis erunt labores mei.

Illud quoq; hîc piè meditare: quàm
tudiosè, quàm reuerenter sanguinem
llum iam in roseas cõcretum gemmas
olligerent cælites famuli, quâ sedduli-
ate, vt quidam piè cogitant, IESV sudo-
em linteolo abstergeret is, qui legatio-
iem obibat; & pudeat te in colligendo
Regis sanguine ignauum esse, pudeat
angu̅etis IESV sudorem abstergere nol- *Iansenius*
e, quoties subeũdos eius causâ labores
ubterfugis. Piget me sanè pigritiæ; ala-
rem dehinc me habebis, mi IESV, mi
Rex, mi Deus. ME-

MEDITATIO OCTAVA.

Rex occurrit proditori.

PRÆLVDIVM 1. *Inspice Historiam.*
Prælud: 2. *Adsiste Christo.*
Prælud: 3. *Pete gratiam, quâ Regis tu charitatem, Iudæ verò profligatam impietatem perspicias.*

Punctum Primum.

Marci 14 ver. 41. & 42. *S. Augu. lib: 2. de consen: Euang.*

E Grauissimo illo languore nonnihil recreatus Rex, reuisit discipulos ac dormientes paterna planè benignitate alloquitur: *Dormite iam,* inquit, *& requiescite; ecce qui me tradet, prope est, sufficit,* sat somno datũ est, *surgite.* Quasi dixisset: Dormite filij quantum libet, at non dormit, qui me iam iam proditurus adest; graue visum vobis est horam vnam vigilare mecum: at illi minimè graue vigilare contra me. Nostram hîc segnitiem culpas, IESV Rex ac Domine noster, quippe videmus quanta peccandi causâ miseri mortales peruigilia tolerant, quot noctes insomnes congerendis opibus dedicant,

qui

ui dum cupidiſſimo quæſtus animo
ſequantur; parcere ſibi nequaquam
ↄrunt. Heu ignauiam noſtram! qui-
us ſi eorum onerum, quę mundi man-
pia vltro depoſcunt, & nos quondam
rebamus, pars vel centeſima toleran-
ſit, pondus Æthnâ grauius putamus,
obrui nos opprimiq́; miſerè queri-
ur. Caue dormias tu anima mea, ex-
ite veternum, nec ſinas te mundano-
m ſolertiâ vinci; Quod enim tu ſe-
aris, infinitis mundum partibus ſu-
rat. Excita me, Rex meus, excita,
uotieſcunq; me dormitantem videris.
ic animæ meæ: Surge. vt impenſiùs
unc DEVM, quàm vnquam res crea-
s quæram. Illud quoq; te Regem meũ
go, vt expergiſcar, cùm tu tradêris,
im ad necem trahêris, quò lugubri
ltem queſtu, lachrymiſq́; mortem
am proſequi & valeam, & velim.

Punctum Secundum.

VIx dum ea fatus Rex erat, cùm di-
ſcipulorum vnus Iudas proditor
andem militum manum vario armo-
um genere inſtructam, vel quaſi ante-
ſigna-

signanus, vel quasi vmber ac odo
tor canis vertagos sanguinis auidos a
ducit; quos viderat, qui cecinera
Psal: 21 vers. 17. *Circumdederunt me canes multi.* nem
venatus agitur, præda petitur cæle
hinnulus, qui è supremis cælorum m
tibus æternos transiliens colles, in l
chrymosam terrenæ mortalitatis va
lem decurrit; hinnulus, qualem nu
quam terra viderat, & si semper opt
re debuerit.

Procedit prædo cruentus; prodit
Rex beati sanguinis rubore purpuratu
obuium se dat sceleratissimo parric
dæ, qui signum dederat Iudæis; *Quem*
cunque, inquit, *osculatus fuero, ipse*
Marci 14 vers. 44. *est, tenete eum, & ducite cautè.* Ah
ste gradum perfide; sta latro; quò ru
furiosè? decetné Apostolum coho
tes armare in caput hominis? nedum
Regis? nedum DEI? Tené decet ne
cem moliri Redemptori tuo? Magistr
tuo? Iudici tuo, qui te momento i
æternorum ignium voraginem potes
detrudere? Nefarius nummi amor, cæ
cum te surdamq; fecit, detestabilis al
cupiditas cor infelix aut obruit, au

ripuit, nil vides, nil audis, nil capis,
roditor, i trade Dominum, trade; ve-
umtamen bonum erat tibi si natus nō Matt:26. vers.24.
uisses. O si hoc cogitarent mortales Marci 14 ver: 21.
eccaturi, nequaquam profectò pec-
arent: nihil enim vehementiùs à sce-
ere mentem retrahit, quàm Diuinæ
Maiestatis viuax & seria consideratio.
Aduertendus quoq; ad illam prodi-
oris tesseram animus; *Quemcunq; oscu-* Mart 14.
atus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite ver: 44.
autè. Verebatur Iudas, ne fortè peri-
ulum declinaret IESVS, ne se subdu-
eret, eòq; cautionem inculcat. No-
erat videlicet Dominum intentatam
c planè præsentem sæpiùs effugisse
mortem, *quia nondum venerat hora eius.*
Nil metue, proditor, stabit Rex: peri-
it per te, sed & tu peribis, & æternùm
uidem.
Cautè tractare te, Rex IESV, cupio,
autè: sed alio prorsus modo tenere
e, ac vincire funiculis charitatis, & du-
ere cautè gestio, ne te vnquam amit-
am. Tu, mi IESV, ne, quæso, te mi-
i subtrahas, sed solertiam suggere,
uâ tu ipse & possis retineri, & velis.

Punctum

Punctum Tertium.

ACcedit ad Regem proditor, & salu
tis signo prodit Salutem; mel pro
pinat; at fel, venenum, mortemq; ob
trudit; deosculatur Regem, consaluta
Aue, inquit Rex, *aue Magister*. Ita est
conuenit Regi Aue: lætus est enim
quòd iam tandem redemptionis hu
manæ opus exorditur; at tibi væ, à qu
in cædem Rex traditur. Ne appropin
ques, sacrilege prædo; Arca Domin
est, sacrarium est Diuinitatis; caue ac
cedas, caue tangas; moriêre, tellus t
bi dehiscet, erumpent è CHRISTI vul
tu fulmina, quibus deflagrabis. Perg
sceleratus, oreq; impudenti osculum
pestilens infigit. Accipit Rex ac tolera
virulentam sacrilegæ necis tesseram
cumq; fulmina possit, mel ac nectar
Matt: 26. merum reddit. *Amice*, inquit, *ad qui*
ver: 50. *venisti? osculo filium hominis tradis?* igno
Lucæ 22. scere paratus sum, paratus in gratiam
ver: 28. recipere, amicum me habes, videa
modò ad quid veneris? Non mouen
hæc, [redacted] tangunt perditum. Vah
quàm multos Iudas tellus hodie ha
bet,

t, qui teterrimâ proditione Regem
plant! accedũt ad mysteria Sacramẽ-
rum, sed perfidiosè osculum Christo
gerunt, sed mortali crimine intoxi-
tum. Quàm multi Iudæ discipuli, an
ij? sub Christiano latẽt nomine, qui-
ıs osculum columbinum, cor vultu-
um! Ille cùm loquitur, tuum omnino
te alterum credas; at ille hostis est,
roditor est, famam tuã petit, sanguinẽ
ıum sitit. Absit à me, bone IESV, is ani-
ius. Fidem tibi meam æternùm addi-
o; aut amicus tuus viuere cupio, aut
õ viuere. Fixum id erit cordi meo, eò
ne in vitam hanc productũ esse, vt & te
uàm syncerissimè diligam, & homini-
us minimè fucatum amorem impen-
am. Conuertam ego pace tuâ tuum
d te sermonem, Rex optime, optime
ımice: Ad quid venisti apud Iudam?
pud peccatores? apud me? quòd adeò
e paruò æstimem? audeamq́; deteriùs
e multò habere, quàm quẽlibet è ple-
beia fæce hominem. Alius certè ab-
hinc mihi eris, aliud Maiestatis tuæ pre-
ium apud me erit, cui æternum hono-
rem, æternumq́; pendam obsequium.

De

De funesto hoc Iudæ osculo plura sequens Meditatio suggeret.

MEDITATIO NONA.

Regem proditor osculatur.

PRÆLVDIVM I. *Commemoranda rei Historia.*

Prælud: 2. *Adsiste Regi in eodem horto.*

Prælud: 3. *Roga Dominum, vt hoc penitùs osculum perspicias, & lachrymis ipsius fœditatem eluas.*

Punctum Primum.

OSculatus est, vt iam meditatus es, Iudas Regem IESVM; his officijs celatum voluit scelus Proditor; quasi verò eorum, quæ fiebant, nihil nosset, nec nisi honoris causâ consuetam Regi salutem nuntiaret. Nec respuit IESVS osculum, non reiecit accedentem. ô stupenda Regis & humanitas, & humilitas, quæ non auersata proditoris præsentiam est, [redacted]c horruit osculi venenũ! adiri se [redacted]x à ꝑduelle patitur, faciẽq́; præbet

bet latroni! Vt ad Reges terrenos
edas, quot molestiæ deuorandæ?
ot horæ pro ostio cõsumendæ? quot
plicationes repetendæ? admissus ve-
quàm beatus es, si ad manûs, si ad pe-
si ad imæ laciniæ osculum licet ac-
ere? oris contactum ne speres. Ad
ristum Regem patet aditus vel ad fa-
m, etiam proditori. Non equidem
enda hæc vel Iudæ importunitas, vel
ogantia, vt in Serenissimum Regis
tum se ingerat. nimium elatum te,
a? itanè animo excidit, quem se er-
te paulò ante Rex gesserit, cùm pe-
us tuis accidit, eosdem lauit, & oscu-
dignatus est? Vternam tandem ma-
? Iudas, an IESVS? Ioannes ille Ba-
sta, quo, teste Veritate, maior inter
os mulierum non surrexerat, indi-
um se palàm professus est, qui corri-
m calceamenti Regij solueret.
Alter verò ille Domino dilectus Ioã- *Marci 1.*
s, supra pectus Regis in cæna recu- *ver: 7.*
it, faciem certè non attigit. At tu ca- *Lucæ 3.*
s putidus, plagiarius, parricida vul- *ver: 16.*
m prensas Domini, quem nec ad ve- *Ioan: 1.*
gia quidem pedũ admitti oporteat? *ver: 27.*

Sufficiat

Sufficiat tibi, anima mea, si vel pe
bus IESV inhæseris, ne ad faciem imp
tunum os attollas; existima, ne pe
us quidem te dignam esse; indignan
cui vel ad pœnitentiam pateat accessi
eaq; ratione faciliùs os Domini me
beris. Adhærere tuis sacrosanctis pe
bus desidero, IESV: bonum est me h
esse, si fortè veniam delictorum me
rum impetrem, quam à te tota anir
contentione per te ipsum supplex pet

Punctum Secundum.

S. Birg: lib. 4. Reuelat: c. 99.

BReuior staturaq; humiliore Iud
fuit, eóq; ad Christi faciem perti
gere non potuit; sed Rex humillimu
non extulit, at submisit vultum pr
ditori. Percommodum planè Regi t
pus est capitis inclinandi, dum morit
rus de Passionis torrente bibit in vi
dum moritur: illucebit tandem dies
le, quo exaltabit caput, ita *vt in nom*
ne eius omne genu flectatur, cælestium, te
restrium, & infernorum. Subijcit in h

Philip: 2. ver: 10.

vita quispiam DEI causâ ceruices ali
no arbi[illegible], subdit colla mandatis c
lestibus? veniet tempus, cùm radiatu

eriget

get caput, iugiq; non excussi, sed
ae lati gloriâ inter cælites beatus æ-
nùm effulgebit. Libet hîc Regem
tum sequi, submitto promptum ca-
t iubenti iuxta, & vetanti Domino
giq; meo semper obsequi paratus.
Animaduerte illud quoqúe, quàm
ficilis ad Regem nostrum accessus
erit, antequam inter mortales cense-
cœptus esset,; adeò quidem, vt ne adi-
quidem montem, in quo DEVS ap- *Exodi 19.*
ruerat, impunè liceret. Hodie licet *ver: 12.*
EVM prensare, tractare, osculari; cau-
est, quòd ad nostram exiguitatem se
miserit, factus pro nobis quasi vnus
nobis. Ne ergo graue tibi videatur,
put DEO submittere, qui se tibi sic
omisit; experiatur te amicum, expe-
tur morigerum: quod tùm feceris,
m ei soli mentem addixeris, totum
eius obsequijs impenderis, ac velut
osculandum ei animum omni labe
rum obtuleris. deliciæ ipsius quippe
nt *esse cum filijs hominum* ipsum diligē-
us.

Nec infrequentes profectò omnibus
culis habuit Ecclesia, qui à pedibus

Regijs eò cõſuetudinis amicitięq́; e
ferāt, vt liceret etiam eis ad diuiniſſi
Regis vultum aſſurgere, hoc eſt, adı
[redacted]bili Diuinæ cuiuſdam familiarita
frui ſuauitate. Inde manabant ſtup
dæ illæ crebræq́; cæleſtium arcanoru
reuelationes, inde arctiſſimæ cum R
ge coniunctiones, inde incredibi
mutui amoris & inuitamenta, & arg
menta. Fac igitur, talis ad pedes D
mini maneas, vt ad beatiſſimum o
Regij baſium admitti merearis.

Punctum Tertium.

ACcepto Rex fraudulento oſcul
quo Proditor & ſuam ipſius anin
perdidit, & Regem prodidit, æternũ
Domini odium impius Apoſtata ne
Apoſtolus emeruit, non reijcit indign
bundus nefarium, non probris inceſſi
non acerbè coram alijs pudorem inc
tit; verùm parentis in modum dolei
Lucæ 27, ver:48. ter rogat: *Iuda, oſculo Filium hominis tr*
dis? Itané tu latere vis? patere tu
fraudes non ſentis? ſcito, ſcito ſcire m
oſculum[redacted]od obtrudis, non amorei
ſed amaram fraudem redolere. Prod
me

ſigno amoris, non ſalutas; plagam *S. Ambr.*
igis, non officium exhibes: Vide, *in cap:22.*
d agas? eò recidiſti, vt hoc ſigno & *Luc.*
perdas, & te. leue ſignum videtur,
iactura infinita.
Heu mundum infelicem! heu inſa-
s mortales! quàm leuis, quàm fuga-
boni cauſa cælum, animam, Deum
ittũt! Hâc oſculi teſſerâ quàm mul-
odie Regem produnt, Deum crimi-
lædun t, anime ſalutisq́; damnum fa-
nt. Ecquid verò eſt animâ vtilius?
id hoc Rege dulcius? quid Deo me-
s? Age, quiſquis es, quid animi tibi eſ-
, ſi hæc audires: Oſculare illum ho-
nem, ſed ea conditione, vt repentè
oriaris; quid, inquam? ageresné? nõ
eres; & tamen id (ah demens) quo-
s agis? cùm per oſculum lethiferâ de-
ſtatione venenatum in æternam te
ortem præcipitas. Attende inſuper
ppliciorum mortisq́; Regie ortum ab
c ſigno fluxiſſe, multorumq́; deinde
alorum ſeriem ab hoc capite accerſi-
m. Nec leuiora certè ſunt, quæ hodie
Regem hoc ipſo ſigno à [redacted]ſque pa-
antur. Execror ſigna omnia, quæ Re-

gis mei vitam petunt, æternûm ea d
statur anima mea, nullum vnquam
tura, nullum probatura. Id verò cu
[redacted]nicum, id expetit, vt cælesti æterno
amore Regem Dominumq; suum
plexa, æterno suo Bono æternùm
hæreſcat.

MEDITATIO DECIMA.

Rex sternit hostes.

PRÆLVDIVM I. *Vide Historiam.*

Prælud: 2. *Adsta Regi cum pauculis di- pulis in eodem horto.*

Prælud: 3. *Implora celeste lumen, quàm sit potens Rex tuus, peruide.*

Punctum Primum.

STabant attoniti cum Iuda milite nec adorti Regem sunt, donec o
Ioan: 8. uius vltrò rogaret: *Quem quæritis?* R
ver: 5. spondent: *IESVM Nazarenum.* N
metuit Rex, armatis inermis occurr
solo mei [redacted]ore armatus; subducere
poteſt; non subducit: delere hoste

poteſt

teſt, non delet: poteſt enim omniã,
uit omnia; inſuper ſe offert, ac in-
rogat, quemnam quærant? Viden-
r eum certè non noſſe; reſpondent
im: *IESVM Nazarenum*; quem vt
e præſentem intuebantur. Suauiſſi-
um, video, floſculum in horto, Iudæi,
æritis, non vt odore frui, non vt pul-
ritudine oblectari; ſed eum extirpa-
, ac eradere poſſitis. Rem bonã quæ-
tis, at non bene. Bonum eſt IESVM
ęrere, meliùs etiam, quàm quotquot
l optari poſſunt opes, vel appeti volu-
ates, vel ambiri honores, vel cogitari
licitates. Inæſtimabilem theſaurum
incomparabilem quærit, qui IESVM
ærit, qui Saluatorem quærit. Videte
itur Iudæi, quonam modo eum quæ-
tis: rectè an ſecus? quæri enim IESVS
ne poteſt, poteſt & malè. bene is
ærit, qui vinculis charitatis illigatus
cludere cordi pio deſiderat; perpe-
m quærit, qui actus liuore catenas ei
cemq; machinatur; & ita vos quidẽ
æritis. Sanè Rex noſter nequaquam
m fuſtibus, laternis, & armis quæren-
us eſt, ſed cum peccatorum deteſta-

 tione,

tione, cum animi dolore, cum lac[h]
mis. Inuenistis IESVM, abijcite vo[s]
ipsius pedes, adorate Regem vestr[um]
Non cadūt impij sponte, cadent in[...]

Aliter tu Christum quære, fidelis [a-]
ma, ac identidem hæc tecum disse[re.]
Quemnam tu alium in hac vita quæ[ris?]
Nonné suauissimus Rex tuus est IE[SVS]
Christus? eum igitur quære, alium [ne]
quære; quem quæris Intellectus? qu[em]
quæris Voluntas? quem oculi? qu[em]
manus? quem pedes? Omnia resp[on-]
deant: *IESVM Nazarenum.* Percup[io]
mi Domine, in omnibus te, per omn[ia,]
ac super omnia quærere. Nolo nego[ti-]
um, in quo te non quęram; nolo bon[um,]
quod sine te quęri possit. Cogita hon[o,]
quænam ea bonitas Domini sit, qu[æ]
vltro se comprehensoribus ingerat, [vl-]
tro ad supplicia procedat; & disce hin[c]
quàm te deceat nulla ipsius amore a[d-]
uersa formidare, nulla ardua declina[re.]

Punctum Secundum.

Ioan: 18. ver: 5. SImul ac respondit Rex; *Ego sum,* [...]
perculit aures animosq; hostium, [...]
exanimauit armatos, vt vniuersi conf[...]

stim

m abierint retrorſum, & ceciderint.
l ad lucernam non inuenitur, niſi vl-
paruerit; ita Regem, qui æternum
men eſt, nemo prorſus reperiſſet, niſi
periri ipſe voluiſſet.

Horrendum ac terribile Regis dictũ
: *Ego ſum.* Omnes enim ſtrauit, om-
s humo affixit, aperuitq́; vim Diui-
m, quâ vel in medijs hoſtibus inco-
mis extitiſſet, niſi pati decreuiſſet. Si
eò tremendus eſt iudicium ſubiturus,
alis tandem erit, Iudicem acturus?
nfige hoc tuo verbo cor meum, Rex
uictiſſime, vt te, qui es & æternùm e-
, ego qui è nihilo conditus in nihi-
m redigi poſſum, ita timeam, vt nul-
prorſus in re tibi repugnem, nihil vn-
am contra te audeam.

Retrorſum abierunt, & ceciderunt
dæi, iacentque: quia teterrimum Sa-
ilegium, quo Regem necârunt, obſti-
atione voluntaria excæcati agnoſcere
n poſſunt. Cadũt retrorſum, qui quæ
trant crimina confiteri detrectant &
œnitentiæ exortes & ſalutis. Confite-
or ego aduerſum me iniuſtitiam meã,
omine, non abſcondam iniquitatem

meam: sint tibi præ oculis peccata m
vt dolore meo misericordiam elicia
Fac modò, Domine, vt ne quidqua
sub cælo, quod tu nolis, aut probe
aut appetam, alioqui in tuo Iudicio
dam retrorsum. Auerte hoc, Rex me
illud verò effice, vt cælitibus adlect
æternùm te in cælo adorem.

Punctum Tertium.

POsteaquam rursum Rex & rogau
quem quærerent, & se esse indic
uit, illud præcepit, vt discipulos abire
nerent illæsos, ne ex ijs, quos ei Pat
dederat, quenquam perderet. Rex er
victima, eòq; solus immolari voluit, A
postoli veluti fructuosa quædam grar
spargendi per mundi totius agrum
rant, vt centesimum fructum afferren
eamq; ob rem cauet Rex, ne vllus p
reat. Atqui, Rex, tu sanxeras olim, v
Deut: 22. ver: 6. qui auium pullos nido detraheret, m
trem liberam esse sineret; nunc tu, Pa
ter vnicus, vnica mater, vltro interis
quô salui maneant liberi. Nempe amo
ris Regij, amoris materni, amoris Diu
ni hoc opus est; aliud ille non potest
perit

it, ne pereamus: perieramus enim, lle perijsset, Effugimus tandem in-itum æterno tuo beneficio, Rex æ-ne, gratias tibi humillimas agimus, ecamurq; ne vnquam pereamus, ex-mâ præsertim illâ horâ, quâ Tartareæ s terrebunt & adorientur cohortes. diant tum hostes nostri: Sinite hanc imam in cælos abire, nolo pereat. in nunc itidem cùm tentationes in-unt, dic Domine; Sinite vsq; huc; ò quàm rectissimo calle, quam expe-tissimo cursu ad te DEVM meum ten-re valeam.

MEDITATIO VNDECIMA.

RÆLVDIVM I. *Historiam lege.*

æludium 2. *Idem cum superiore.*

æludium 3. *Pete gratiam diuinam, quâ perspicias quàm indignè in ipsa comprehensione IESVS Rex tuus diuexetur: pete quoque affectum doloris, quò capti Regis ignominiã prosequi possis.*

Punctum Primum.

RVunt latrones in Regem IESVM impetu valido, catenam collo sacro-

sancto

sancto inijciunt, medium fune veh
menter obstringunt, brachia restib
validissimè deligant, palmas deniq; t
prodigiorum patratrices retrò retor
mirum in modum deuinciunt, vultu
Diuinissimum pugnis ferratis crude
ter feriunt, sacri capitis cæsariem ba
bamq́; fædè lacerant, barbarâ prors
immanitate omni contumeliarũ gen
re in Dominum Regemq́; cæli & ter
grassãtur. Spectat hęc Deus Pater, & qu
si res aliena agatur, dissimulat; spectã
cælo Angeli, nec est qui ferat suppetia

Vetatur dehiscere tellus, quæ ha
riat impios: fines proprios exire proh
bentur vltrices flammæ, IESVM defe
dere hodie non licet; capere, vincire
raptare, licet. Quid est per Deum? qui
agitur? succurrite, succurrite; vis, vis ca
lorum Regi affertur: qui subueniat n
mo est, nemo est, anima mea. Nusqu
auxilium reperit oppressus IESVS. Op
pugnatur ciuitas? quotquot ciues sun
muros ascendunt, nemo est qui no
pugnet pro patria. En vrbs fortitudini
nostræ, vrbs omnis refugij Rex IESV
proditur hostibus, & caret defensore!

Rapitur Virgo paternæ domus orna-
entum; dolore iraq́; ardens pater cõ-
meliam propulſaturus ilicet, quam
teſt, cogit manum, natamq́; armato
am eripit raptori. At flos Virginum
nocentiſſimus IESVS in teterrima
uentorum carnificum vincula con-
ctus languet, nec eſt qui eripiat, nec
qui manum attollat.

Non hic, non hic capiendus eſt; er-
is carnifices: me, me, adſum, qui fe-
: me rapite, me vincite, me mactate:
o peccaui, ego vincula merui, me iu-
cari oportet, nõ Regem. Non illum,
ſpondet IESVS, non illum; ſinite eum
ire, me prehendite, me ſecuri ligate,
c eſt hora veſtra, agite quod lubet, quæ
um poteſtate tenebrarum decreuiſtis,
rficite.

Amantiſſime, ſuauiſſime, ſanctiſſime
aptiue, tené ego tam contumelioſẽ
onſtrictum aſpicio? ah, quàm diſpa-
ı ſunt vincula tua? vincula amoris,
ncula honoris, quæ quidem adhuc,
eu demens, vitaui. Nõ vitabo ampliùs
i IESV, nõ vitabo; en præbeo manus,
edes, caput: vinci & adſtringe, prout

Diuinæ

Diuinæ tuę voluntati placuerit, tantū abeſt, vt vincula tua detrectem, vt e vltrò ambiam, amplectar, deoſculer.

Punctum Secundum.

ACer Petrus dum nihil ſubſidij vſ afferri videt, Domini contume inflammatus Regem inclamat: *Domi* (*Luc: 22. vers. 49.*) *ſi percutimus gladio?* nec expectato r ſponſo, exemplo Phineæ, ſtringit g dium, feritq́; virum, & detruncat au (*S. Ambr: in Lucam.*) culam. Amor, dolorq́ue, qui ardebat corde Petri, faciebat, vt cùm eſſet p (*S. Chryso: in c. 26. Matth:*) mus Apoſtolorum, & iuxta certiſſin promiſſionem, & immutabilem pr ſcientiam ac prædeſtinationem Chriſ totius Eccleſiæ caput, arma caperet, h noremq́; ac vitam Domini ferro vind caturus in hoſtes rueret. Si arderer ſic, qui Petri vices obeunt, qui cum ve (*Ephes: 5.*) bi Diuini gladio in ſacras exedras pr uehuntur, concionatoreſq́;, dum vid IESVM indignis tractari modis, feruer ter non verborum lenocinijs, ſed gl dio ſpiritus delinquentes ferirent, no leuis vtique ſcelerum ſperari poſſet d minutio? extorquerentur è peccanti

manibus

nibus impia vincula. Verùm quia us ac feruor aut restinctus prorsus aut elanguit, ideò apud Christianos vinculis Christus. Accende istorum mos, Domine Rex meus, ne frustra asi per ludum & vmbratilis pugnæ usâ, curiosa, fabulosa, & inutilia au-oribus obtrudendo, gladium verbi rtent. Ego quamlibet non orator, amlibet infans, verbis certè peccan-aggrediar, vbi necessitatem, spem-e fructus ac opportunitatem vide-: adsis modò mihi, Rex meus, & us meus.

Punctum Tertium.

Aucium, aureq; Malchum truncatũ exclamasse par est credere; IESVS tem mera ac infinita bonitas vulne-cum sui oblitus aduocat: Cedite, in-iit, tantisper locum saucio, accedat me. accessit, & integer auriculâ rece-â recessit. Quo te cunq; vertas, vbiq; ementia Regis effulget, vbiquè visce-misericordiæ licet experiri: Hostem nat, & latroni iugulum p[illegible]enti dese-am auriculam dextram restituit.

Barrad: tom: 4. fol: 257.

Imitare

Imitare, Christiane, hanc Regis tui b
nitatem, beneficijs cumula malè me
tũ, placidus alloquere, veniam preca
Hier: in cap 26. Matth: [redacted]t quid est, quòd auricula dextra pr
cisa est? illud videlicet; non audieb
Deum homines, sed diabolum, huii
què voluntati parebant; venit IESV
sanauit hanc auriculam, & iam D
voluntatem homines sequuntur.
non sic, heu, vitijs inuoluti Catholic
rum plerique! non sic equidem. Mu
dum illi, Dæmonem, Carnem audiun
CHRISTVM non audiunt; iubet vol
ptas, fac; faciunt. susurrat libido: acc
nant aures. Clamat magnâ voce Re
non est auris quæ audiat. Ita est, pron
ptior audientia Diabolo mussitanti c
ceditur, quàm Christo vociferanti:
indignitatem? ô insaniam!

Non patebit auris mea hostibus tu
& meis, Domine IESV, non patebit se
monibus nisi tuis; tua iussa, tuam do
ctrinam, tuas inspirationes semper au
dire, semper exequi studebo. Tu
sana aures meas, tu aures meas
pe[redacted], Rex meus, & Sal-
uator meus.

MEDI-

MEDITATIO DVODECIMA.

Rex comprehensus Petrum reprehendit.

ÆLVDIVM I. & 2. *E superiore meditatione petantur.*

lud: 3. *Pete, vt Regis dicta firmiter tuo cordi hæreant.*

Punctum Primum.

Aptus Rex dum videt Petrum Regiæ salutis studio ferro rem agere, cho iam persanato, quasi iniuria- 1 & contumeliæ immemor, non in- itur in impios, non animat in ho- n discipulos, non ait: Feri, cæde, cta; sed Petri ardorem confutat, net abstineat cæde, ferrum vaginâ ondat: *Omnes* (inquit) *qui acceperint lium, gladio peribunt.* Quidnam ais, mine? satisné tui memorem te pu- 1? Ius naturæ est, vim iniustam iustâ ropulsari: iure percuti, qui percu- e iniuriâ velit. *Matth: 26. v. 52.*

Certè defendi leges sinunt iniquè oppugnatum.

pugnatum. Tibi cædes nefaria inte
tatur, & defendi renuis, imò defen
ribus gladium minaris! Pati, vt vide
ignominiā appetis, mortem deligis e
que defensionem respuis, eò necis i
pedimenta amoliris.

Ligatus Rex defensorem suum obiu
gat, gladióq; à defensione deterre
quid faciet ei, à quo ligatur? à quo lig
tus cæditur? quidnam ei minitabitu
gladium omnino. Animam tuam, i
felix peccator, interficis, interficis Ch
stum, dum crimen perpetras morti
rum: gladium stringis contra Creat
rem, Redemptorem, DEVM tuum, ta
bene de te meritum, tam ignominio
propter te deuinctum! quidnam D
minus in te tuus commisit? Quid enim
si propter te, & pro te vir quispiam h
noratus in vincula raperetur, auderes
imò possesné vinctum cædere? mi
mè certè. Quid ergo? deteriorné ap
te conditio Domini IESV pro te ta
miserè, tam crudeliter deligati? N
equidem. Cur igitur eum cædis? H
obmutesco, hîc respondere non p
sum, veniā tantummodò supplex or

oro sup-

ſupplex, Optime Maxime Rex ac
nine, ne vibres in animam meam
lium tuum, quo impios, qui ſuos in
brabant enſes nec pœnitentiâ ſce-
eluerunt, æternùm in Tartareis igni-
plectis.

Punctum Secundum.

Vieuit Petrus, arma poſuit, non ta-
men Rex obiurgare deſijt; addidit-
ſe pluſquam duodecim militiæ cæ-
is legiones momentò habere poſſe,
nequaquam earum ſubſidio vti vel-
An putas inquit, *quia non poſſum roga-* *Matt: 26.*
Patrem meum, & exhibebit mihi modò *ver. 55.*
quam duodecim legiones Angelorum,
ſatis vtiquè me tueri poſſent? Ita,
Rex, poſſunt; potes vel ipſe te egre-
tueri; quis tibi reſiſteret? at planè
uis. Non enim iniuriam tuam ſed
rtem meam morte tuâ propulſare
; auertere deſtinaſti. Feriunt cor ea
ba, ſi ſeriò expendas, præſertim de-
quentis, dum nefas animo concipit,
m vincula Regi per crimen parat.
gitet interim, quiſquis [illegible] DEVM
metſi minimè conſpiciatur, tametſi

abeſſe periculum videatur) poſſe ipſo momento iniuriam ſuam vindi-re, poſſe per ſe, poſſe per Angelum p-cuſſorem vitam peccanti eripere.

Cogitet ille quoq; qui vitæ meli-ſpe abiectâ è barathro ſcelerum em-gere ſe poſſe pernegat, cogitet mai-Diuinæ bonitatis eſſe vim, quàm ill-inueteratæ conſuetudinis difficulta-poſſeq́; Deum, velle etiam ipſius ſub-dio auxiliatores Angelos ſubmitte-poſſe ſolâ gratiæ ſuæ inſpiratione iac-tem erigere. Expertum planè explo-tumq́; DEI adiutorium in omni di-cultate omnibus eſt, qui id piè, atq-conuenit depoſcunt. Nemini in m-tem veniat, per DEVM ſtare, quo-nùs ad ſaniora conſilia redire poſſit. I-teſt, modò volenti adiutricemq́; g-tiam offerenti Deo ſeriò manus po-gat. DEVS nemini deeſt. ſi vis, pot-vult, vt reſurgas, qui omnes homi-ſaluos fieri vult. Denique non paru-ſolatij afferre in aduerſis poteſt, ſi q-conſideret, quàm potentem, quàm li-ralem, [redacted] bonum habeat Domi-firmaq́; ſpe de Deo conceptâ, fiden-

opem

m ab eo postulet. Submitte quæso
i, Rex meus, cùm opus fuerit, mi-
s tuos, qui me defendant, tibiq; sal-
n restituant.

Punctum Tertium.

FOrem humiliter gerit monenti Do-
mino Petrus, ac Regis quidem sui
ore ardet, verumtamen non manu,
n linguâ hostem persequitur, non re-
nsat, non detrectat; nec tamen Do-
ius à monendo desistit. *Quomodo* *Matt. 26.*
uit *implebuntur scripturæ, quia sic opor-* *ver. 54.*
fieri? Calicem, quem dedit mihi Pater, *Ioan. ver.*
vis vt bibam? Pro veritate vsque ad *11.*
rtem propugnat summa Veritas,
riq; priùs optat Rex, quàm verba
effectu frustrari. Quoniam autem
ê dixerat se moriturum, simul ac de-
atus morti illuxit dies, omnino vult
ri, eumque, qui morti intercedit,
tigat. *Quomodo* inquit *implebuntur*
pturæ? acsi diceret: Impedire vis, ne
riar? DEI ergo periclitabitur fides?
od fieri nequaquam potest; morien-
m est; vt fiat quod fu[redacted]m DEVS
edixit. Ita stat dictis DEVS in huma-

 nitate

nitate! At homo, quod Deo promi
quàm ſæpe interuertit? & ſperat qui
homo ſe, quantumuis mentiatur De
regnaturum cum Deo: at mentit
equidem iniquitas ſibi. Quomodo
nim implerentur ſcripturæ, quæ p
cantem nec pœnitentem Orco dam
tum iri quàm crebrò tam diſertè p
Petr: 4. ver. 18. nunciant. *Si enim iuſtus vix ſaluabit*
impius, & peccator vbi parebunt? Inc
ca animo hæc Regis tui verba ſæpiu
quibus te contra ignauiam exſtimul
Quomodo implebuntur ſcripturæ? hoc e
perennare vis in cælo? labora igitu
prout in ſcripturis præſcriptum ijs e
qui cælum appetunt.

Sed enim, quid ſibi volunt verba
Calice, quo Rex ita delectatur, vt in
tu ipſo emori cupiat? Non aliud ce
quàm Patris æterni voluntatem, q
mortem Regis vrgebat, ac ea quid
voluntas tam ſuauis Chriſto eſt, v
corpus, famam, vitam anteponat; ac
mirus ac vehemens is ſapor eſt, quen
ſenſeris, anima mea, ſi Dei voluntat
benter obſecundaueris, nunquam p
cabis. Quamuis autem res magni ſit

boris

is, prauis Dæmonũ ſuggeſtionibus
ugnare, indomitas corporis cupidi-
es obterere; attamen quoniam Devs
luntati ſuæ morem geri præcipit,
d nimioperè in ea pugna laborabis,
am Domini voluntatem ſuauiter de-
târis. Ferenda erunt aduerſa pluri-
, plurimi dolores, & naturæ imbe-
itas horrebit calicem: at tu hæc tibi
es: Patris mei calix iſte eſt, hoc po-
o hunc potum bibit Rex meus Iesvs,
c poculo hunc potum bibam ego;
t Devs vt patiar? pati volo, aduer-
; omnia, omnes calamitates, omnes
lores ferre & perferre cum Rege &
D'eo meo cupio.

Meditatio
Decima tertia.

Rex milites obiurgat.

ÆLVDIVM I. & 2. *Eadem quæ ſuperiùs.*
ælud: 3. *Pete cæleſte lumen, quò illuſtratus obiurgationem rectè percipias.*

Punctum Primum.

AT Petro dictum, at n[redacted]militibus:
reprehendi etiam illos oportuit, nec

 verbis

verbis certè solùm, sed vltrice qu
fulminis flammâ, quâ saltem territi
scerent, quid esset Deum ignomini
vincire? At Rex mitissimus nescit
minare; non tacet tamen, sed facti
pietatem proponit, vt quid agant vi
Matt:26. re tandem velint. *Tanquam ad latron*
ver:55. inquit, *existis cum gladijs & fustibus c*
prehendere me.. Æquumnè id! liceti
arma contra me capitis? fustes geri
egonè latro? egonè prædo? quid f
mali? nihil equidem vel vobis testib
innocentem fateri me omnino debe
Fatentur sine dubio; nihil enim obij
unt, nihil respondent. cessant resp
sa, obmutescunt linguæ, cùm in inn
centissimi IESV vitâ næuus quæriti
homines tamē contumeliosissimis ei
armis persequuntur tanquam furen
tanquam latronem, tametsi nec fur
profectò nec latro, sed innocens s
sanctus sit. Quis enim Deo latrociniu
obijciat? quis cælorum Regem præd
nem appellet? Homines tamen p
uersi & peccatores eò loci Christur
Regem habent: quin eum peius etia
indigniusq; quàm latronem accipiu
cùm

n in eum committunt, quæ certè in
donem, quantũuis ſceleratum, nun-
ım deſignarent.
nſculpe hæc cordi tuo, Chriſtiane,
ba contra peccati fæditatem: Tan-
ım in latronem cum hoc, cum illo
mine in IESVM ruis? ſpecta tantiſper:
us tuus eſt, Saluator tuus, qui certè
nquam tuæ vitæ inſidiatus eſt, nun-
ım proditor tuus fuit, ſed fuit cùm
enſor fideliſſimus, tum amator ſua-
ſſimus.

Punctum Secundum.

Roponit alia quædam lictoribus
Rex mitiſſimus, factiq́; indignitatem
erit, dum ait: *Quotidie apud vos ſede-* *Matt:26. ver. 55.*
a docens in templo, & non me tenui-
. Non ſum latro, Iudæi, non ſum:
eſentem in templo quotidie ſpecta-
; quidnam ibidem egerim, vos no-
, qui templum vulpina pietate dicto-
n, factorumq́; meorum curioſi ob-
uatores frequentaſtis: nihil ex me au-
tis, quod vel improbitatem oleret,
ſtultitiam; nihil venatu illo veſtro
quam in caſſes veſtros redegiſtis.

 Quæ

Quæ agebam, recta erant; quæ do
bam, vtilia erant; quæ vobis optaban
salutaria inprimis erant.

Non es latro, suauissime IESV, n
es latro; innocens es, & pura Innoce
tia. Nihil est, quod vel hostis iurè t
obiecerit: Nusquam accessisti, n
quò Patris æterni honor, hominum
salus vocabat; non comparuisti, v
honestati aut moderationi locus n
esset. Quoties minùs proborum vsui
commodasti, probos plerumq; red
disti. Inter loquendum cælestis exe
plum fueras prudentiæ; inter vesce
dum imago temperantiæ, quicquid l
xum saperet, nunquam attigisti. Gr
uem quotidianæ refectionis necessi
tē quotidianus labor inducebat, & p
nè quotidiè necessitati aliquid deera
plus semper laboratum, quàm esur
plus sudatum ferè, quàm potum. Ne
pè tuus cibus erat, quàm plurimos v
bis tuis refici, ac in vitam nutriri se
piternam. Causæ igitur nihil est, cur
illi comprehendant; at est equiden
cur ego te comprehensum & ligatu
in animam meam inducam: verū ne
audeo,

leo, neq; modum ſcio. Quotidie te ara mihi præſentem offers, poſcis um vt te inſequar, vt capiam, vt vin- m: id tu ſemper expetis; at ego nun- am te teneo. Tenebo tandem te, Do- ne & Rex meus, nec ampliùs dimit- n te, ſed in æternum perfruar te.

Fac, mi Chriſtiane, capias IESVM, teneas captum. feceris autem, ſi ope- n dederis, vt è ſacratiſſimo Sacrificio, nenſa cæleſti, è pia meditatione, è ris concionibus, quàm vberrimus in fructus redundet.

Punctum Tertium.

Ffatus ſuperiora Rex, quæ inſuper ſpirituali ſenſu accommodari queũt Regis querelam de frigido diuiniſſi- æ Euchariſtiæ aut cultu, aut vſu: qua- dicat: Quotidie apud vos, Orthodoxi ei, adſum in templo, & non me tene- , non me capitis: illa inquam Rex fatus permittit tractari ſe modis, qui- is velint, aitq; *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* (*Luc: 22. ver. 25.*) Omnibus infero- m, terrarumq; incolis permiſſum eſt me, quantum libeat; ag[illegible], ſæuite, macta-

mactate, hora vestra est. Horulam
testas tenebrarum habet, non die
non annum. Non est quod nimiop
securum se iactet, qui peccatis vita
addixit; quicquid agit, quicquid p
cat, horâ vnicâ definitur. In manu p
cantis est, quod velit, agere; idq; p
mittit & quasi dissimulat Deus, cu
mox aderit hora, aderit dies, nec a
pliùs dicet; *Hora vestra*; sed hora me
sed æternitas mea; æternitas aut luc
aut tenebrarum, Nullam ô Anima, n
lam, ô Corpus, habete horam quæ v
stra sit, omnes horæ Regis IESV sunt
omnes DEI sunto. Nolo sit vlla ho
mea, ne vespertina quidem, quâ opi
cum ac operarum more aliquid op
ris priuato quæstui impendam. Dis
neat me opus Domini mei horis omn
bus. nolo me vnquam offendat Re
meus nihil agentem, nolo aliud agen
tem quàm ille velit. Immoriar ope
ri, quod mihi à Rege commissum est
hîc inueniar sub horam illam, quam
mercedi meæ Iudex iustus destinauit.

Non horas modò, Rex IESV, mea
nolo; nolo horarum quadrantes, nol
minuta;

inuta, nolo momẽta. Tuę sint omnes spirationes meæ, omnes motus cor- s mei, omnia mea, tuus sit minimus iam & extremus halitus meus, quem bi viuens ac moriens in igne charita- æternum consecro.

MEDITATIO DECIMA QVARTA.

Rex ducitur captiuus.

RÆLVDIVM I. *Historiam inspice.*

ælud: 2. *Sequere Regem, & iter illud imaginatione describe.*

ælud: 3. *Pete à Deo lumen, quo perspicias, quâ pompâ Rex deducatur; pete & lacrymas, quibus eum toto illo itinere indignissimè habitum deplores.*

Punctum Primum.

Iniuit sermonem suum Rex: impij verò suam horam inchoant: horam iuersæ posteritati deflendam, horam ternùm detestandam. Exordiuntur rmonem longè alium à verbis Domi- i. Audires tum: Cæde, tene, macta,

stringe,

ſtringe; audires ſtrepitus alaparum I gi prehenſo toties incuſſarum. Vide in vultu diuiniſſimo manus ſacrile luculentè deſcriptas. Audires ictus ctori, capiti, dorſo ignominiosé, cru liter, impiè inflictos. Videres illud A gelorum decus, illud cæli ornamen pedibus impiorum fœdum in mod conculcari. Quo quidem adeò inſo ti ac flebili ſpectaculo non minùs t riti, quàm mæſti diſcipuli, & in lach mas ſe & in fugam dederunt. Fer interea lictorum rabies, ſæuit ira car ficum, horror diſcipulorum pectora bruit; at inuictâ flagrans charitate c Regium impetus omnes animosè ſu net, abiectaq́; defenſione, ac deliga paterna voluntate manibus inult verbera plagaſq́; perpetitur. Quò, p DEVM, quò recidiſti, Rex Sereniſſim tené ego ſic omni ſolatio deſtitutu omni exutum ſubſidio in hoſtium p teſtatem redactum aſpicio? tenè fida la manus amicorum, tené puſillus e grex tuus deſeruit? Ignoſco; non m ror. Nunquam tam diro ſpectaculo i terfuerant, nunquàm tam inaudita ignomi-

ominiam viderant; quod vident, fieri uisse nunquam putârant, eòq; nec-n induti virtute ex alto fugâ miselli rtem declinant.

O dilecti discipuli, si tùm fortè vobi-m ego fuissem, quidnam animi ha-issem? quid egissem? primus (opinor) ga vertissem. nempe summa ea for-ido fuit, & formidinis causa grauissi-a, cui, vti nunc imbecillitas mea di-at, non dubitanter cessissem. Si enim m hæc cogito, exhorresco, quid si scrimini interessem? leuiora multò e nunc in fugam agunt, nec me quid-iam est instabilius, quid si animo prę-ns corporeque adessem? Impetrate æso mihi, Sanctissimi Discipuli à stro meoq; Rege veram animi soli-amq; constantiam, ne vel aperta mor-s pericula à meo me Domino vnquã ertant, cuius ope fretus nihil trepi-abo.

Punctum Secundum.

CRudeli ac pudendo lictorum comitatu stipatus Rex, non rhedâ curruue Regali, non equo phalerato vehitur,

tur, ſed inter pedites inimicos pec
progreditur, vel trahitur potiùs. Rap
tur Rex Diuinus barbarâ prorſus imn
nitate abſq; vllo ad perſonæ vel dig
tatem, vel innocentiam reſpectu. N
tant cœno viæ fractæ, exundant aqu
torrentes; per medium cœnum, per n
dias aquas eundum Regi eſt viâ regi
Fluctuat ille inter carnificum trahe
tium manus, & vinculorum tractu pr
pulſus paſſim collabitur, nec vinct
firmare veſtigium, nec lapſus aſſurge
niſi ægerrimè poteſt. Quid? adeo
perditus latro eſt Rex IESVS, vt ne lig
to quidem quietè ire liceat? non lice
trahendus, vexandus, raptandus ſo
eſt. Quid ita? quæſo: Nempe verm
eſt. Repere vermi conuenit per terrar
per columnam, per lignum: ibit ver
ibit, ac repet etiam per columnam, e
am per crucem.

Taceant, heu! taceant illæ hominu
voces: Quouſq; tandem huc illuc i
ctabor? quouſq; ſic abijciar? Quid eſ
purgamenta ſumus? Honeſtiora, qu
ſo! Parciùs iſta. Si necdum nouit, q
ſim, diſcet certè. Conticeſcant, inqu

: En IESVS propheta, Rex, DEVS
nibus post terga reuinctis toties hu-
abijcitur, , humi trahitur, humi re-
t, vt purgamentum habetur, vt quis-
liæ calcatur; at, ni fallor, honestio-
quàm tu meruit.
Benè habet. Nolo, amore IESV, nolo
cat mihi quicquid creatum est.
ijcite me, quibus libet, & quantum
et, abijcite, iactate me ludibrijs, lu-
entis etiam inquinate conuicijs; alli-
us Regi meo feram omnia, ac perfe-
o cum Rege meo. Interim autem be-
icas eius manus tam crudeliter liga-
deosculor, quæ tot morbo iacen-
sanitati restituerunt, tot mortuos in
am retraxerunt, tot famelicos prodi-
so epulo recrearunt. Patiar, patiar
as itidem sic vinciri manus, vt eò ex-
ditior curram, quò cælitus inuitor.
O manus Domini sanctissimæ! ô ma-
s castissimæ! ô manus fortissimæ!
nus plenæ cælestibus hyacinthis,
nus distillantes myrrham primam,
vos, obsecro, mihi subducatis, ne
e repudietis, ne à vinculis vestris ar-
atis. Libertas mea in his vinculis; ali-
: nulla est libertas mea.
Pun-

Punctum Tertium.

PRopinquat Rex Hierosolymis;
honoris causâ prodit nemo, ne
gratulator cōparet, nusquam audi
Matt. 21. *Benedictus qui venit in nomine Dom*
vers. 9. nusquam canitur: *Osanna in excel*
Marc. 11. *Osanna filio Dauid.* Alia omnia ho
vers. 10. perstrepunt. Personant contumel
maledicta, & iræ: clamatur passim:
lerate; impostor; impie: ecquid pa
re sentis præstigias? elabere nunc
potes. miracula nuper ostendebas; a
ede miracula: effice, ne vinctus tra
ris. Non apparent palmarum rami:
mirum aliter hodie triumphatur; fu
apparent, hastæ, conti, venabula; c
das à venatu reuerti, captâq; prædâ
stire venatores. Non vestibus via in
suro Regi sternitur, quin ne saxa qu
prætereuntur, quibus, ô quoties, R
offensus corruit.

Veneror ego Maiestatem tuam, R
Serenissime, sed & lugeo sortem tua
lugeo te sic hodie luto inquinatum,
sordibus scatentem, qui pauculos a
dies publico præconio Rex fueras sa
tatus

;. Fac oro, Domine, fac imiter bo-
:em, mansuetudinem, & humilita-
tuam, vt ne vnquam molestè au-
ı, si fortè non laudibus, sed vitupe-
:umulari contigerit. Tu, quò id ri-
æstem, suggere, quæso, satis ani-
uggere satis virium. Illud verò, Do-
e, de me habeat Maiestas tua: opta-
e maiorem in modum, vt quotquot
tales tellus capit, omnes obuiàm ti-
lutatum prodeant, omnes te vene-
ur, omnes debitum tibi pietatis reli-
iisq; pendant officiū. Ecce me pri-
n, qui gloriosum æternę Maiesta-
uæ nomen veneror ac prædico, teq́;
ro etiam vinctum.

Benedicte IESV mi, omnes vires
e, omnes facultates meæ, omnia
a mea, obuiam tibi prodeant, teq́;
ninum, Regem, Deum meum pro-
ıntur. profitebuntur autem te ad-
ante, donec me viuere volueris.

MEDITATIO DECIMA QVINTA.

Rex vrbem ingreditur, ad Annam Præsulem diuertit.

G PRÆLV-

PRÆLVDIVM I. *Legenda Historia.*

Prælud: 2. *Consiste Hierosolymis, atq;*
in Annæ Præsulis ædibus.

Prælud: 3. *Ora, vt Christi in vrbem ing*
sũ probè perspicere possis. pete quoq; a
ris affectũ, quo ingrediẽtem prosequa

Punctum Primum.

VRbs aperta præstolatur sanct
mum, at opinione sua nefari
vinctum. Stat in porta miles freque
& manus non minima Ciuium, qui c
spectum Regem non salutant, sed r
ledictis appetunt. Qui autem ducu
ob prosperè captum, prosperè eo
deductum gestire gaudio, lætitijs in
dere, vocem tollere, animo iuxta
corpore exultare. Interea diuersis
uium ædibus diuersa personant: En
quiunt, en IESVS ducitur. Captus t
dem est. affer lumen, cedo lumen;
so autem è fenestris IESV succlaman
insultant inimici: O factum benẽ! H
habes, legum contemptor, hoc hab
Tandem, tandem in casses fera fu
incidisti! pereat conuictor improb
rum, pereat impostor. Nonnulli v
Chr

ſto æquiores tumultu excitati, cor-
ucij ac in lacrymas ſoluti, querelis
emitibus domos complent: Heu:
iunt, heu decus noſtrum in hoſti-
nanibus! En Pater optimus vinctus
ur. Ille beneficus, ille Propheta,
Doctor tam præclarè de omnibus
tus tam indignè trahitur! O ſi teiu-
liceat, vir ſancte, ô ſi pro te vinciri
, innocentiſſime! ſiccinè deſeris
ô lumen noſtrum, ſiccinè languen-
olore amicorum animos ſine ſola-
ine alloquio relinquis? Specimen
ominum eſt qui Eccleſiâ militante
inentur. Horum enim alij acerbiſ-
m Chriſti necem piè deplorant:
erinde læti viuunt, acſi nunquam
iſtus mortem obijſſet; niſi fortè di-
li potiùs ſunt patienti Domino in-
ire, dum ea perpetrant, quæ ad vin-
, crucem, necem deniq; eum ade-
nt.

odem videntur referri, quorum
la Chriſtus ingreditur; ſunt enim
um pio dolore lacrymiſq; venien-
excipiunt: alijs, imò pluribus, do-
fletuſq; deſipit; gaudia conſectan-

tur, nec ea quidem quæ Christus, quæ mundus, quæ corpus approba

Secus omninò tu facies, Anima, ctu ac lamentis Regis tui mortem nuſq; proſequêris, lætitiâm mundi pudiabis, vt cæleſtem merearis.

Punctum Secundum.

REX in vrbe: (bonum factum) tra mænia ſecurus erit. Accurr Sacerdotes, Principes, Senatus, &c. nibus inimicorum Regem erept Conuolabit multitudo, eorum ſalt quos ille quondam mirifice perſa rat, medicum ſalutiſq; ſuæ parent defenſura. Aliud erat ruri, aliud horto, ac ſolitudine, vbi licentiùs gem habere temeritatis fortaſsè fue at in vrbe id profectò ſcelus eſt, cap le eſt, perduellio eſt.

Heu! heu! aliorum forſitan Princ ea fortuna fuerit; Chriſto ſecus om cadunt, qui rure quidem acceptus probè, in horto ignominiosè, in ſoli dine impiè; in vrbe certè improbiſſi ignominioſiſſimè, impijſſimè. Atqu vrbe multi viri docti, multi ſacris ad

multi religionis Magiſtri ſunt : in e loci ſacri quanta amplitudo? in vr- templum Domini, ſummi Dei ſa- rium, orbis miraculum, in eoq́; tot emoniæ, tot ſacra, tot pietatis offi- florent. Oh per Deum! etiam in e agitur cum Chriſto valdè quàm lè, petulanter, impiè.

Prodit nemo, qui defendat, qui vim eat; prodeunt verò quàm plurimi diuexent; prodeunt ciues, qui ad em depoſcant; prodeunt ſacerdo- qui interimant. Digna equidem ci- s, quam fracta tellus ſorbeat, vbi ſcelera exundant, quotquot inſana irulenta impietas poteſt effundere. Erumpit vndiq́; amens furore atq; ad ricidium inflammata plebs, conuo- paſſim ima vulgi fæx, Regemq́; affli- ſſimum iam maledictis, iam cœno, n ſaxis impetit, ac venenata contu- eliarum tela ore frendenti euibrat, ibus & caſtiſſimæ IESV aures, & cor iniſſimum, miſerè conuulnerantur. In vrbibus quid perferat IESVS, licet gitare. nempe hîc luxus, hîc libido, fraudes, hîc arrogantia, hîc amor

habendi, hîc, quicquid deteriorem
cere potest hominem, sedem fixit. N
sanè desunt vrbibus loca sacra, no
pla sanctitate illustria; at non loca,
templa pios sanctosq; ciues effici
exitio etiam futura ijs, qui secus viu
quàm ea vel postulent, vel indic
Videas certè non paucos religioni
dictos (vtinam eo animo, quem res
ta, quem Deus requirit) qui dum vr
incolunt, & interea in flagitijs volu
tur, aureas prorsus ædes cœno ac
dibus contaminant.

Largire obsecro, IESV Princeps
cis, vt in vrbibus veram inuenias pace
veram capias quietem. Enimuero
tibi quies, vbi frequens peccator an
inquietem. Ego, quoad potero, ijs
adhæsurum spondeo, qui tuam pac
amant, tuam quietem consectantu
quieteq; & possidere te, & possideri à
solerter student; tu modò ne despici
desiderium pauperis, ne auerseris vo
seruuli Rex æternæ gloriæ.

Punctum Tertium.

SIstitur Annæ CHRISTVS, non iud
candus, neq; enim summus is Po

x erat, ſed honoris gratiâ, ſocer enim
:Caiphæ Pótificis. Huc ſe recipit Rex *Ioan: 18.*
bẽ declinaturus : at nihilo hîc quoq; *verſ. 13.*
iùs habitus, quàm in horto: ſtat vin-
ſ ante hominem, cui nullo iure, nul-
ege ſubeſt : ſtat ante non iudicem
ex. Videtur porro Annas aliquid à
mino quæſîſſe, quod Euangelicæ
toriæ ſcriptores reticuerunt : (neq;
m infamis illa alapa apud Annam,
apud Caipham reſpondenti fuerat
uſſa.) Quid autem id quæſiti fuerit,
ɡitari, non ſciri poteſt. Cęterùm gra-
ſine dubio pudore confuſus ſtabat
e eum, qui nullam cauſam confun-
ndi habebat, nullam poteſtatem;
n etiam tueri inſontem ac in liberta-
n aut precibus, aut iure vindicare de-
erat : at tantum aberat, vt id præſta-
, vt etiam ad Caipham auctis vinculis
ci mandaret. Heu, Domine mi! vi-
nus certè quàm truculentus ſæuiat,
i iudex non eſt, quidnam tandem fa-
t iudex? Si hic, qui nullam tui pote-
tem habet, tanta ſæuitiâ addi vincu-
ibi præcipit; quid expectandum ab
, qui iuriſdictionem in te ſibi domi-

 natumq;

natumq́; arrogabit? quàm acriter i-
ſuæ in te poteſtatis effundet? Mal-
vt video, non vſitatum impendet, qu-
do is etiam, cui ius nectendi nullum
nexum te duci imperat.

Defle, Anima, defle Regem adeo
ſertum, cui è tot hominum milli-
nemo patronus, nemo aduocatus,
mo ferè non accuſator eſſe velit. Pa-
cinare tu, ora & Annam, vt innoce-
liberum eſſe patiatur; & lictores,
vinciant, ne detineant. Impende eti-
aurum, quo indigniſſimam Domini
xationem redimas. Tibi verò, fac, f-
quenter hæc in mentem veniant: Qua-
difficilè CHRISTVS liberatur, cum
vincula ductus ſemel eſt! hoc eſt: Q-
quis ſemel ſcelere ſe inuoluit, haud
quidem ille ita ſe maturè extricab-
Tuum igitur fuerit omnia peccata vi-
re, ne Rex tuus vnquã apud te vinciat

MEDITATIO DECIMA SEXTA.

Rex ad Pontificem ducitur.

PRÆLVDIVM I. *Repetatur Hiſtoria Caipha.*

Prælu-

ælud: 2. *Statue te in ædibus Caiphæ.*
ælud: 3. *Precare Deum, vt eius ope perspicias, quàm animosa sit innocentia, quæ neminèm pertimescit.*

Punctum Primum.

TVmultuosè magnoq́; strepitu ab ijs, qui pro ædibus Annę restiterant, ac- ptꝰ Rex est, vel potiùs contumeliosis- ıè acclamatus. Ibat tamen in tumul- llo nec pauca, nec ferenda ludibria beraq́; perpessus; ibat Caipham ver- agni mansuetissimi instar, non re- gnans, non responsans, &, quod mi- n, non inuitus: vt etiam modesto idem, sereno tamen vultu Diuinam andam proderet pulcherrimę hilari- is suauitatem. Præclarum tu crede tientiæ animiq́; cælestis esse typum, ıominias palàm DEI causâ sine tæ- perferre. Atqui eò Christiana res uoluta iam est; vt nefas ac scelus iu- etur, si fœda, tetra, famosa etiam, publica flagitia reprehendas, publi- præsertim, aut cum arbitris. Caue as, caue moneas: hostis, maledicus, nuiciator audies, odio insanabili ple-

 ctendus.

ctendus. Itané mi Christiane? pro
ita. Quid? nobiliorné aut sanctiori
mæ quisquam hominum Rege isto
Nihil equidem minùs: sed superb
sed impotens, sed edomandæ cupid
tis ac mortificationis inimicus, sed c
Deiq́; prorsus negligens est, ne dic
contemptor.

Obijciebantur tum Christo & m
ta, & nefanda, quæ credi ab audie
bus poterant, lacerabantur calumn
quàm publicis, tam inuictis compi
uiciq́; probris ac infamiâ IESV per
nabant; at is nihilo plus respondeb
quàm si audiret nihil, nôsset nihil. H
quidem miseros homines hodie capi
libus inimicitijs, odijsq́ue sempiter
distraherent, hæc eos in execration
vindictas, cædes, accenderent: &
men Christiani sumus, CHRISTVM
quimur, filij filiæq́, Christi, Chris
prorsus deuoti, cuius & amore & ex
plo quidlibet perpeti, ô quam freque
ter, nos paratos offerimus! Ita scilic
nempe cùm re ipsâ patiendum est, cù
Christi causâ ferenda contumelia, pr
sertim vbi nolimus; cùm audienda su

qu

æ non ſapiunt, iam Chriſti non ſu-
ıs, iam Chriſtum valere iubemus.
:go ſum, bone I E S V, qui pudore cō-
ıdi magnoperè detrecto, qui aſpe-
s haberi, imo appellari, prorſus re-
ʒio; ſed tuo animatus exemplo, tuo
tus auxilio perpetuum ac ſine indu-
s tam improbo mei amori bellum
lico, omnes amore tui laturus con-
melias, quò patrem ego te imiter, tu
: filium agnoſcas.

Punctum Secundum.

Ntroducta D E I Arca ad Dagonis ido- *1. Reg. 5.*
um, quod Maieſtatis Diuinæ non fe-
ns præſentiam, ante Arcam corruit.
troductus Rex I E S V S vera Dei Arca
ıò Deus verus in ædes Caiphæ, ædes,
]uam, ſummi Sacerdotis, vel potiùs
idoli fanum; qui cum Princeps eſ-
Sacerdotum, nullam Sacerdotij do-
n, nullam veræ virtutis commenda-
ɔnem habebat; idolum diceres, cui
:lamare Zacharias poſſet: *ô Paſtor, &* *Zachar. 11. v. 17.*
lum! Hic igitur indubitanter præſen-
Chriſto Rege corruiſſet, vti paulò an-
in Oliueto milites, niſi Dominus Sa-
cerdotij

cerdotij reuerentiâ Diuinitatis suæ
continuisset, qui grauiter debilit
Soarius Episcop: Conimbricensis apud Barrad: tom: 4. lib: 6. cap: 19.
(iam enim mille passus vinctus co
cerat) humillimé ante hostem illun
vinculis causam dicturus stabat. Sta
Rex, stabat Deus; at diaboli manci
at inferni ignis titio sedebat. Stabat
militas, stabat iustitia: Sedebat ta
reo tumens fastu iniquitas. Stabat
nocentia, stabat sanctitas funibus
contenta; at nocendi libidine infla
matum scelus alueo ripisq; egress
exundabat.

Ioan: 18. vers. 19.
Interrogat Regem Caiphas de di
pulis, interrogat de doctrina. Qua
inquit, homo vanissime docebas? q
dogmatis afferebas? vbi discipuli? c
eos consilio cogebas? vnde hause
quæ iactabas? quo vsus es magistro? q
docendi tibi potestatem fecit?

Ecquid hoc portenti? eône conte
ptionis deuoluta Sapientia est, vt
reddendam facti rationem, seq; pur
dam ab extrema stultitia compellatu
Non capies, non intelliges, Caipha,
sponsum. Æternam Sapientiam ca
roges de doctrina; bonam crede, sa

tarem

m crede; audire te doctrinam cæ-
em oportet, non cenſere.
At quàm frequens eadem apud nos
die cenſura eſt! excutimus Chriſti
iplinam, vel potiùs aſpernamur.
àm crebrò cũ docemur, regerimus:
r hoc? cur ita? quid ſibi vult ille mo-
? cur non aliter? quid ita ſcrutatur
mi latebras? quid efferri iubet, quod
conſcientiæ fundo ſepultum latet?
eſtaret iſta taceri: vix ſana hæc ſen-
tia: aliud ego cenſeo. Quid verò
c ſignificant? Superbiam certè, pro-
uiam, diffidentiam, ingratum ani-
m, periculum, exitium. Fit enim
rumq; vt fraudes Dæmonis, adeoq́;
e Dæmon, qui hac ratione in lucem
otrahi, exturbariq́; debuerat, hoc e-
m occultiùs recondatur, tanto vtiq́;
o ſolatio, quanto tuo detrimento.
Perperam agebam hactenus, Rex o-
ime, ſed emendare omnia, nihil ce-
re, docentibus humiliter auſculta-
, recta monentibus ſedulò obſecun-
are cupio: quod vt fideliter præſtem,
me, Rex, adiuua.

Punctum

Punctum Tertium.

Ioan: 18. v. 20, & vers. 21.

FIdenter respondet Innocentia: *palàm locutus sum mundo, ego sem docui in Synagogis, & in templo, quò om Iudæi conueniunt, & in occulto locutus s nihil. Quid me interrogas? interroga qui audierunt, quid locutus sim eis: ecce sciunt, quid dixerim ego.* Optimè resp des, Rex sapientissime, cùm testes que adeo auditores tuos interrogari bes. Nemo enim dicere potest, te n optima docuisse: fatebuntur vel ipsi h stes dicta tua plena sapientiæ, ple salutis fuisse. Velle latere, artificiu nequitiæ est, imò pars mali non m nima. Qui enim male agit, odit l cem, nec ferre potest, si videatu Qui probus est, palàm agit; nec t men eâ re propriæ laudi; sed glori Diuinæ, humanæq; saluti velificatu Beatus equidem, qui ita viuit, vt null facto, nullo dicto Regijs liberis, h est, redemptis Christi sanguine hom nibus offendiculo sit: cuius sermo salutem audientibus, & honorem De pariat, cuius deniq; facta ea sint, v

ne h

ostis quidem, quod iure carpat,
niat.
ælum ac tellus videant recta esse,
geris; nempe præstat agere bene,
m secus; imò agendum bene est,
è nequaquam: quod citra vanita-
fieri vtiq; potest, vt, quod ait Do-
us, homines videant opera nostra *Matt: 5.*
a, & glorificent Patrem, qui in cæ- *ver. 16.*
est.
ic vixit, sic glorificauit Patrem suũ
Sanctissimus, eamq; ob rem audiri
es iubet.
Gratulare tibi, Anima mea: est enim
od gaudeas, Regem tuum adeò San-
m esse, adeò salutaris exempli, vt
ocentiæ vel inimicos testes postu-
tu quoq; talis vt sis, studiosè enitere.

MEDITATIO
DECIMA SEPTIMA.

Regi alapa infligitur.

ÆLVDIVM I. *Historiam de Christi alapa recole.*

Prælud-

Prælud: 2. *Consiste in ædibus Caiphæ*
Prælud: 3. *Pete cælitus, vt à Rege pati*
tiam ediscas, eiusq; dolorem & ag
scas & sentias.

Punctum Primum.

COntumax visa est ac superba resp
sio Militi, qui armatus Regium
tus stipabat, homo petulantissimus
post natos homines longè improbi
mus, qui spectante Pontifice, Sacr
dignitatem personamque re ipsa vio
uit, cum in iudicio nullâ causâ, nu
crimine, nulla iudicij irreuerentiâ a
maduersâ acerbam, ignominiosam,
tolerabilem Regi alapam incussit.
inquit, *respondes Pontifici?* obstupesc
Ioan: 18. tellus, stupete cæli! Regem, DEVM
vers. 22. nalitius nebulo depalmat! os Diui
seruus verberat! Cataphractos serui
dextra digitos delicato Regis vultui i
scribit, palamq; ac iniuriosissimè in i
dicio confundit! lęsam Pontificis Ma
statem per summam calumniam obi
ctat! dolorem peramarum infligit! A
mihi hæc mihi debebatur alapa, q
Regem meum sæpenumerò despicat
duxi,

, cùm eo ſpectante non pro eo, ac
it, multa cogitaui, dixi, feci: ve-
tuam tu, Rex meus, faciem obie-
. Gratias ago æternæ bonitati tuæ,
d hanc alapam ſubieris, meq́; para-
offero ad præbendam vtramqúe
illam in tua me cauſá percutere
nti: promptum me habes ad ferẽ-
contumelias, confuſiones, obtre-
ones: tuâ modò adiuuer ope.
acent quidem hæc mihi, mi ho-
ſed nec minùs illud expoſco, nul-
amplius tu alapâ me ferias. Nimi-
etiam dum regno in cælo, innu-
as ab hominibus alapas perfero. lõ-
imiûm qui peccant manus habẽt,
; vitioſa voluntas ita diducit, vt ſo-
Maieſtatis meæ, ipſaſq́; adeo ge-
meas attingere poſſint, ac cædere.
verò pauci ex ijs ſunt, qui Diuinis
quijs mancipati æternùm ſe mihi
ſecrârunt. Horum erat quidem pijs
ibus, ſtudijſq́; religioſis, ac ſalutari
trina peccantium manus ab iniu-
neis arcere: at, quis credat? illi ipſi
rias improborum dextras me per-
ùri apprehendunt, modoſq́; qui-

bus me impij violent, tradunt imp
mi, & quò cædat violentiùs, ani
plerisq; faciunt, dum facta nefaria,
minaq; ferrum & flammas merita
tenuant, palpant, suadent.

O sacra IESV mei facies! ô vnic
Angelorum hominumq; decus; æ
nùm te cælum iuxta ac tellus depra
cent, æternùm te summa ac ima ve
rentur. Crediné vnquam potuit, t
tam tibi inustum iri ignominiam?
tuitné Sacrilega mediastini tam fo
tibi imprimi manus? Ne feri Rege
Carnifex: me feri; me iure potes,
merui.

Tu, mi IESV, mihi parcis; tu m
debitum in te deriuas supplicium,
pateris, ne patiar ego. Tuis ergo p
uoluor pedibus, gratesq; pendo bo
tati tuæ, quasuis amore tui conte
ptiones æquo ac libenti animo, te p
pitio, te adiuuante, laturus.

Punctum Secundum.

NEmo Regē tuetur. non cælo plu
incendia, non vltores vrsi è lust
conuolant, hiatus terrarum concl
torpent,

pent, ſtupent velut obſeratæ infero-
n fauces, reiné tam inauditæ admira-
ne, an Domini neglectu? Sed enim
RISTVS odium, neglectumué pro-
tò non meruit, melior vtiq; Moyſe,
ior Eliſæo, ſanctior quouis Prophe-
um. Derelictus tamen ab omnibus
, nec é tanta turba vnus eſt, qui ei
bulo ſaltem patrocinetur. Iudex
eriq; omnes tam inſigni innocentis
iriâ plurimùm lætantur. Vltrices
oium flammæ ruite in Sacrilegum,
ede tellus barathro datura impiũ,
as eſt ſuſtineri Conditoris tui per-
ſorem; erumpite belluæ, conuola-
mmanes feræ latronem ac parrici-
n diſcerpturæ, qui tanto in DEVM
ore deſæuit. Vos ſaltem Tartarea
menta ciuem veſtrum vobis etiam
eriorem rapite. Nihil horum, beni-
tas, manſuetudo, miſericordia cir-
nſtant ac tuentur perire meritum.
æſtolatur Rex, ſuſtinet manum vin
em, non vult mortem peccatoris,
vt conuertatur, & viuat.

Talem ſe DEVS hominibus exhibet.
ma illi capiunt, Deumq́; dum pec-

 cant,

cant, oppugnant: DEVS autem & t
ræ præcipit ſuſtinere peccantes, &
lo ſine intermiſſione moueri, & iur
tis, quamlibet improborum vſibus
ſeruire, quos etiam à dæmonum ra
iugi tuitione defendit; cùmq; mon
tò delere poſſit delinquentem, no
delet, ſed clementer expectat dum
ſipiſcat; nec perire ſinit, qui corr
poteſt.

REX miſericordiſſime ac Domi
mi, ecquæ tandem hæc inter nos co
tentio? ego te lædo, tu me lædi veta
ego te offendo, tu me defendis; ego
iniurijs laceſſo, tu me beneficijs cum
las! vincit improbitatem meam bon
tas tua, impietatem meam miſerico
dia tua, quâ fretus ſtatuo ac recipio n
hil vnquam acturum me, quod ſcia
eſſe contra te. Colere autem te, laud
re te, diligere te æternum bonum me
per totam æternitatem volo, decern
promitto. Tu fac Domine vt facian
quia ſine te facere nihil poſſum.

Punctum Tertium.

RESpondet Rex alapæ ſed non ala
pâ, non conuicio, non maledicto

Si

nalè inquit *locutus sum, testimonium* *Ioan. 18.*
hibe de malo, si autem bene, quid me cæ- *ver. 23.*
? Nil iræ, nil vindictæ Regium hoc
ponsum sapit, plenum est charitatis,
num patientiæ. quippe paratus Rex
t alteram percussori maxillam præ-
e; idq́; satis docent pleræq́; aliæ ni-
leuiores iniuriæ, verberaque sanè
rba, quæ tacitus, ac velut elinguis
tulit. Respondendum autem nũc
fuit, *primùm*, quò doceret nihil à se *Barrad:*
tra Pontificiam Maiestatem pecca- *16. c. 19.*
n: *deinde*: os ictui repetendo tum
bendum esse, cùm meliùs non est
m vitare: *deniq́;* à iudice non nisi
um, probatum, & conuictum cri-
n puniri debere; quod autem rectè
um sit, intactum esse relinquendũ.
At quidnam est, quod Rex non aspe-
in percussorem inuehitur, nec ver-
saltem acerbiore tantum facinus
tigat? sed solùm, *Quid*, inquit, *me*
is? Innocentiam tantummodò ex-
nit. Puerulum loqui putes, qui nec
fci, nec arcere iniuriam potest, cum
ore duntaxat quærit: *quid me cædis?*
Pauperum, contemptorum, extre-

meǽq; fortunę hominum responsion
Rex purgat: *Quid me cædis?* Verum
Rex innocentissime, cur cædaris c
sę nihil est, culpam in te ne Diuinus
dem oculus deprehendat. At nos qu
tauis affecti ignominiâ quærere n
possumus: Cur me cædis? cædi vid
cet sæpè admodùm meruimus, null
iure detrectare possumus supplici
Grauissimas etiam pœnas, calamita
dolores, ærumnas, contemptiones
miseris; nihil horum fuerit sine ca
Dici tùm & potest & debet: Illud
plectitur, ô anima, illud luimus al
rum, illud tertium, illud decimum,
lud centesimum punitur. Confite
Rex Sanctissime, omni me dignum s
plicio; confiteor hanc ipsam alapa
mihi decretam fuisse, sed eam in te au
tisti. responso tamen hoc innuis ad
recundiam meam, me prorsus, non
alapam meruisse.

*Æ*ternas tibi, ô Rex, laudes repe
do, gratiamq; posco aliquid amore
patiendi. Certè, Domine mi, prob
omnia maledicta, & iniurias exemp
tuo ferre percupio. quin etiam si qu

os

neum conuitio, aut etiam pugno
berauerit, non alio id animo, quàm
nus tuum accipiam: ita enim ad tu-
vtcunq; accedam similitudinem:
od apud me & est, & esse debet per-
gnum, tua modò mihi nusquam de-
fficax gratia.

MEDITATIO DECIMA OCTAVA.

Rex testimonijs vrgetur.

ÆLVDIVM I. *Idem superiori.*

lud: 2. *Persiste in Domo Caiphæ, quò multi falsi testes conueniunt.*

terrarum orbis me exaudiret, voce
ntâ possum, exclamarem: IESVS est
Catholicorum, Rex animæ meæ
vs est: idque me Rex ipse IESVS,
nùm quidem per se, deinde verò
discipulos suos edocuit. Cuius qui-
a rei fidem sanguine consignare pa-
ratus

ratus, donec vixero, Regem te m
profitebor, ô mundi Rex supreme
mæ meæ Rex vnice.

Punctum Secundum.

Confitetur id quod erat Rex, quæsitori: *Regnum meum non e hoc mundo; si de hoc mundo esset regn meum, ministri mei vtiq; decertarent non traderer Iudæis, nunc autem reg meum non est hinc.* Non negat Dom se Regem esse etiam mundi; sed cæli ac terræ, Ecclesiæq; militantis ta ac triumphantis Rex sit, non e modo regnare, quo terrarum Re qui viribus armisq; sibi regna pari seq; & sua bello tuentur. Non is s inquit, qui imperij fines armis p ram, qui è deletis vrbibus, è subiu gentibus, è triumphatis populis fam & nomina quæram: alius planè s alia regni mei ac prorsus diuersa r est. Quænam ea tandem, Domine I Hæc videlicet, ô Anima, ratio mea Ego paupertate, ærumnis, calami voluntatis propriæ abdicatione, vo tariâ laborum, dolorum, mortis de

Ioan. 18. vers. 32.

atr

issimæ susceptione ita in meã po-
:em redegi mundum vniuersum,
Nomine meo o͂mne genu flecta-
Flectitur & meum tibi, IESV opti-
teq́; adoro Regem meum, quam-
auperem, quamùis contumelijs af-
m, quamùis vinculis constrictum:
ubesse, tibi famulari, à te regi in æ-
um volo. nolo regnum meum esse
oc mundo; nullas hîc opes, nulla
moda, nullos honores appeto; eô
eseruo, illi me regno paro, quod
mihi præparasti, vbi tu regnas in
s contemptus, cuius amore amo
emni. Amo contemptus tuos, Do-
e, & tãtas referre tibi gratias cupio,
ntùm te pro me cõtemni passus es.

Punctum Tertium.

Vrsum quærit Pilatus: sitné Rex?
annuit quoq; rursum Dominus, ad-
ue quâ causâ in mundum venerit:
inquit, *in hoc natus sum, vt testimo-* Ioan: 18.
perhibeam veritati v. 37.
ouimus equidem, ô æterna Veritas,
aliud aduentus tui in terras consi-
n fuisse, quàm vt testimonium per-

hiberes de veritate. nimirum tuu munus est, qui summa & sempite Veritas, Verbumq́; æternum es, qui nunquam possis, nunquam fallere. mana sapientia quantalibet errori noxia: at Veritas Domini manet i ternum, quæ minimè terrestribus tijs inhærescit, nec ea magnoperè quirit, quæ nubes non superant, se perit ea, quæ DEVM, virtutem, æte tatem, vitæ futuræ beatitudinem nent; quam quidem mens humana prehendere nequaquam intelliger potest: credendo tantummodo, f q́ue testimonio cælesti firmatâ atti re & apprehendere potest.

Nec verò alio te consilio DEVS bet in terris, ô homo, quàm vt veri testeris, atq; vt cælo terræq́; testatu facias, quid sit ad Dei nutum in te viuere, quid sit legitimum DEO præ re obsequium.

Quære tu quoq; ex Domino; sed sponsum expecta, non vt fecit Pilat *Quid est Veritas?* & tu ipse tibi respon Veritas est, quam intueris, quę omni lo, omni ambiguitate vacat, in quo n

lus

ſeudopolitiſmus, nulla ſimulatio,
s humanus reſpectus, nulla falſita-
ıbra locum habere poteſt. Veri-
;, quæ nec percuſſa comminui, nec
obmuteſcere, nec Cruci ſuffixa
ieri, nec occiſa mori vlla ratione
t. Tu ergo es Veritas, Domine
/eritas es Rex meus: ego verò me-
ſitas, qui per ſimulationem ago
ı, multa pſeudopoliticè tranſigo,
a humanæ gratiæ odijué cauſâ vel
nitto, vel omitto; eamq́ue ob rem
ntiſq́ue redundo iniquitatibus, vt
mi etiam hominis, nedum Dei,
ıs me non auerſari non poſſit; qui
ı; labore fatiſco, metu exanimor,
re opprimor, cruce extinguor. Fac
pro tua pietate, Domine Iesv, fi-
ac verus ſeruus tuus fiam, veritatē
cerè ſequar, & conſtanter teneam,
centiam ac ſimplicitatem toto a-
ı complectar, vt ne tu quidem,
meꝰ, habeas, quod mihi obijcias.
ıod quidem ope tua me conſe-
cuturum, verumq́ue Veritatis
filium fore, confido.

MEDITATI
VICESIMA SEPTIM

Regem Herodem adit Rex

PRÆLVDIVM 1. *Lege Historiam*

Prælud: 2. *Subsiste in Hierosolym platea, quâ IESVS ducitu*

Prælud: 3. *Pete, vt cælitus illustra hoc digressu, silentium Domi spicere, eiusdemque ignomini animo dolere possis.*

Punctum Primum.

NON expectato Domini resp Iudex ad Iudæos prodit. ô si t per substitisses, Pilate, multa m salutaria ab eo Magistro didicisses. lestem tibi submisit Doctorem D audiendus paullò diutiùs erat, nu te moræ pœnituisset: sed quia à M stro veritatis discessisti, in cognitio veritatis non venisti. Ostendit cert hoc facto Pilatus, quàm libenter, a nè inconstanter, veritatem discat Adhæreat Magistro patienter, per ranter ab eius ore pendeat, quic perfe

ctè cupit ediscere veritatem. Pro-
itur Pilatus ad Iudæos foras, & vo-
arâ: *Ego*, inquit, *nullam inuenio in* *Ioan: 18.*
sam. Illi verò tumultuari, vocife- *v. 38.*
calumniari: *Commouit populum in-*
s à Galilæa vsq; huc. Non reperit *Lucæ 23.*
am Ethnicus; reperit Iudæus; non *vers. 5.*
rit Iudex, reperit testis; non repe-
ololatra; reperit qui veri Dei cultu
atur. Nequam ac impius Iudæo-
oculus videt in Christo, quod non
n Christo.

ulla equidem in te causa est, inno-
issime IESV, quâ te offendere pos-
s, nos præsertim Christiani, qui &
tui sumus, & te nouimus. O si
quoq; in me oculus nihil inueni-
quod puniretur! ô si tute diceres:
nullam culpam inuenio in eo! In-
erit sanè fallax hominum oculus,
d falsò culpet, non laboro: tibi mo-
nsons videar. Verè enim talis ero,
lis tibi videbor, & qualem tu pro-
tiabis. tu vnus probum ab impro-
tu veram lucem à falsa verè discer-
e potes, qui quidquid imo corde la-
dispicis, neq; est, quod effugere aspe-

ctum tuum possit. Tua ope fretus
mine, dabo operam, vt me iudic
nocentem; adiuua me, obsecro;
sine tua gratia nulla est innocentia

Punctum Secundum.

CRiminantur Iudæi: Dominu
cet, ita vt miretur Præses veher
ter. quippe nouerat reos, quantû
infantes, in eo casu valde quàm d
tos esse solere, excusationesq́; ac pu
tiones contexere, quibus vitæ se di
Mar: 15. v. 4. mine expediant. Cumq́; silentij n
tatem non ferret, quærit: *Nihil re*
des ad ea, quæ isti contra te afferu
Sed & hîc IESVS tacet, & Præses
pliùs stupet. Et verò mirandum est,
stupendum est, iugulari nec ingemi
re: ad cædem posci, nec respond
Miramur nos quoq; silentium tuu
IESV Domine Rex noster, sed & dam
mus animorum nostrorum impoten
quâ ad excusāda delicta nostra ferin
planè præcipites; nostra, inquam, q
aut celamꝰ animo: aut si se prodant, e
uamꝰ ac diminuimus. Humanæ en
infirmitatis est, quod perperam ege

aut

ɔcculere, aut excuſare : ita nati ſu-
; à primis parentibus ea fluxit in
hæreditas.
Condiſce, mi homo, Regis tui causâ
i ſum pudorem frãgere; diſce vltrò,
d pudeat, humiliter non iactabun-
perire, obiecta excuſationibus mi-
è obtegere: Qua quidem re maio-
in modum Regi tuo placebis, fa-
ſilentis Domini & diſcipulus, &
ıtor. Volo ex hac ipsâ horâ, mi Do-
e, mi Rex, volo amore tui erratorũ
rũ excuſationes prorſus deuitare.

Punctum Tertium.

Vditâ Pilatus Galilçæ mentione,
cognitoq; indidem profectum eſſe
VM, cupidus eâ defungi moleſtiâ,
it eum ad Herodem Ioannis Bapti-
ıterfectorem. Erat Herodis inſan-
æ filius Galilçæ Tetrarcha, qui ſub
empus Religionis ergô Hieroſoly-
venerat. Sic mutat palatia Rex, mu-
at intolerando pudore ſuo, infini-
famiâ ſuâ. Traheris, bone IESV,
eris meâ causâ à tribunali ad tribu-
quæritur in te cauſa, quâ necari poſ-

ſis: diuerſis iudicibus ſiſteris, qu
quid in te morte dignum depre
dant: at equidem fruſtra: quid e
noxium habeat Innocẽtia? Sol iſt
ſolutiſſimæ bonitatis perſtringit ſp
tium oculos, ita vt diffiteri nemo
ſit nihil in eo maculoſum aut obſ
inueniri: Ego cum in iudicio tu
bo, Rex IESV, ah! primo aſpectu me
dent crimina mea: non opus erit a
mentis, quibus conuincar; conu
ſtabo, ipſe reus, ipſe accuſator, ip
ſtis. Iudicij huius horrore territus,
oculis tuis repræſento atq; offero
ipſa, quæ pro me ſubîſti, iudicia;
plicoq; Clementiæ tuæ, ne ante tr
nal tuũ causâ me cadere patiaris. Q
quò faciliùs impetrem, ſtatuo firm
ac recipio tibi me cum tuâ gratiâ vi
ita emaculaturum, vt ne quid labi
næui animæ inhæreſcat.

Cogita hîc, quid moleſtiaru m i
itinere Dominus pertulerit; & veli
bens tolerare, ſi, quod nolis, ferend
tibi à quopiam fuerit impoſitum
hac viâ, quâ ad cælum contendis.

MEDITATIO VICESIMA OCTAVA.

Rex apud Herodem.

ÆLVDIVM I. *Historiam ex Euangelio repete. Luc: 23. ℣. 7.*
elud: 2. *Consiste apud Herodem.*
elud: 3. *Pete, vt magnitudinem eius contumeliæ, quam tùm passus est IESVS, cognoscas, & pudorem Domini in te cum dolore sentias.*

Punctum Primum.

Egem Iudæi adducunt ad Regem, vt quemadmodum Ioannem Ba-
stam, ita hunc quoq; interficiat. At *Luc: 23.*
erodes viso IESV gauisus est valde. *v. 8.*
is porro non gaudeat viso IESV? viSaluatore? viso cæli terræq; delicio? ge, Herodes, gaude, sed vtiliter, vt udium tuum plenum sit. Cæterùm erodes non salutis causâ lætatur apud IESVM esse, sed quia curiositati suæ
undè factum videt. *Cupiebat enim ex* *Lucæ 23.*
ulto tempore videre eum, atqúe apud se *v. 8.*
abere; vt prodigij aliquid ab eo exhiberi

Barrad: lib. 7. cap. 4. beri videret: nunquam tamen D
num inuitandum putauit, veritꝰ n
tè de adulterio admoneretur: qua
tiam ob rem Ioannem sustulerat;
accidit etiam, quòd IESVM existim
esse Ioannem rediuiuum.

Quàm multos hodie videas, qui
ciones, qui colloquia piorum hon
subterfugiunt! timent videlicet vl
sua tangi, nolunt de vitijs, quibus
uiter pereunt, quidquam dici. Qu
quando familiariùs pijs religiosisq́
ris vtuntur, id faciunt plerumq; exp
dæ curiositatis gratiâ, vt vel noui
quid acutiq́ue audiant, vel suauit
quidpiam delibent. Sunt & pleriq
qualis non erat Herodes, qui sanct
ris famæ homines prensant, vt per
in potentiorum gratiā irrepant. Qu
si fortè consequantur, tùm positâ p
sonâ eos agunt, qui verè fuerant. N
plurimos profectò reperias, qui co
gendæ vitæ, sanctitatisq́; condiscen
causâ piorum necessitudine delecte
tur. Non sint, ô Pater æterne, non si
adeò fatui mortales: salutis rationen
non offam curiositatis petāt ab ijs, qu
rum

n iuuari subsidio possunt. Nempe orant infelices, perinde displicere o improbum esse velle, ac nolle probitatis castigatoribus aurem præ-e.

esta tu, quæso, eam gratiam mihi, vt iter Christum filium tuum, seruos-e tuos audiam, vanitatem curiosita-effugiam, & quemadmodũ ad te cur-e vel iubeor, vel doceor, ita curram.

Punctum Secundum.

Iracula Rex à Domino petit, facta alibi prodigia inquirit, oblecta-nis aliquid in gestis IESV venatur, ri aliquid aut ridiculi, animi causâ, oscit: IESVS autem tacet. Habet idem, quod voluit Herodes; spectat odigium sanè quàm inauditum. Ec- *Luc: 18. vers. 9.* enim pertinacissimè calumniătur sa-dotes, acerrimè criminantur Iudæi, idis contumeliarum ac mendacio-n fluctibus IESVS impetitur. at sco-i rupisq; instar perseuerat; variæ à ijs admouentur machinæ, quibus à oposita taciturnitate deturbetur: At et IESVS. tùm id miraculum est? Grã-

de, anima mea, grande profectò m
culum! Præclara se dat occasio in
tâ aulæ Regiæ frequẽtiâ cum laud
parendi, influendi in familiarita
tot procerum, emerendæ Regis gra
At IESVS tacet. Ecquid id miraculi
multùm equidem. Accedit, quod
gni aliquid aut portenti Dominus
hibuisset, periculum vitæ sic inten
sine dubio Regis beneficio effugis
IESVS tamen & tacet, & prodigijs
stinet. Nonné id quoq; miraculum
Miraculum sanè, ideò tacere, vt mo
re. Talia profectò nobis magno
conueniunt prodigia, talia cælitus
bis petenda signa, talia patranda à
bis dies in singulos, singulas in ho
prodigia sunt. Conuicio, calumniâ,
nu etiam petitus, ad pij propositi in
missionem sannis ludibrijsq; solicit
tace, tace, & fecisti prodigium: c
temptus in magno spectantium cœtu
ce, & rem stupendam edidisti. A
despicatum, ama dolorem, ama m
tem Christi amore, & patrasti insi
miraculum.
Faciam, bone IESV, per gratia
tuam

m, faciam (oro) hæc miracula, quæ
ne docuisti, &c, vt ea facerem, præce-
i. En paratum me offero nullum in-
nittere diem, quin aliquid talium
aculorum tibi Regi meo exhibeam;
o, inquam, virtutum quotidie effi-
es ac strenuos actus exercere, adhi-
eq; studium, & elaborare, vt vnam
nimùm virtutem perfectam absolu-
nq; habeam salutari eius, quem mihi
gistrum præbuisti, institutione.

Punctum Tertium.

llet Dominus, vti silebat in prætorio *Matt. 28.*
stupente Prætore: at Herodes non *ver. 14.*
pet, non miratur, imò despicatui Re- *Lucæ 23.*
m ducit, & aulico more eludit sancti- *ver. 11.*
em. Considera hîc singularem sim-
citatem Christi, quàm in ludibrijs,
mmatis, sarcasmis minimè pertur-
tur! quàm sincera, quàm mitis, dum
rriliter ridenda propinatur! attende
animi constantiam, quàm fortiter
placidè linguarum aulicarum iacula
m acuta, tam venenata excipiat! De-
ædico ac veneror mentis tuæ robur,
nctissime IESV: irrisus taces verbo, ta-
ces

ces vindictâ, longèq; Helisæum an
qui puerilis licentiæ caluitium op
brantis aculeis petitus, duos & qua
ginta pueros duobus vrsis laceran
prodigiosâ vltione præbuit. Ven
inquam, fortitudinem tuam, sed &
sana hæc lasciuientis aulæ ludibria
mirari non possum.

Deridet sapientiam stultitia, ver
tem mendacium, mancipium inf
rum Regem Angelorum, seruus dia
li æternum æterni DEI filium. Vah,
rodes nefarij! Herodes impij! imp
ba aulæ (aulam improbam capio) m
cipia; quibus nihil deterius videt
quàm sequi innocentiam, nihil lau
bilius quàm volutari in libidine, in
bare nequitiæ, scelere pasci: quor
quantò quisque corruptior, nequi
turpior, tantò ampliùs aulæ cense
idoneus: Aptus ad aulam ille, dic
soletis, ad aulam factus fictusque
Quisnam? pudicus? pius? qui creb
confessione expiat animum? qui i
proborum commercia, qui praua c
loquia, qui comessationes, qui inue
cunda conuiuia detestatur? Absit h

la, claustra sectetur, incuruicer-
n pecus est. Ecquis tandem cen-
us vobis ad aulam idoneus? quis
natus? Helluo, perditus, adula-
cui oculi canini, rictus leoninus,
illum, lingua viperina, lupina in-
es, mens vulpina, vita diabolica:
lanè ad aulam aptus; homicida,
, obscænus, in omnem turpitu-
n præceps, à Deo auersus, per-
um rerumq; sacrarum contem-
toto corpore, toto animo nequã,
natus, impurus: cui potior est ca-
uàm anima, quàm IESVS. Cani
lem famenti aliquid vtique cibi
it animam annuâ planè fame cru-
uam vix semel annis singulis, idq;
omodo, cælesti cibo reficit: IESVM
n, cui anima religiosa cibus est,
os expectare cogit annos, dum ei
it animam, si tamen vel post an-
, quod debet, offert vt debet. Agi-
od agitis, Herodis aulici, agite;
t tandem dies ille, ille dies, quo
eruos gloriâ & honore coronatos
lestem beatissimæ Aeternitatis au-
cum triumpho ingredi conspicati,

non

non iam inter cachinnos, sed tarta
inter cruciatus lamentabundi clam
Sap. 5. v. 4. tis: *Nos insensati vitam illorum æstimab.*
insaniam, & finem illorum sine honore
quomodo computati sunt inter Filios De

At ego tui amore, tuo benefi
IESV Rex meus, id vitæ institutum
scepi, in quo per similis tui fieri pos
Patiar igitur ludi me & illudi, ac vi
mum reputari; tibi autem perpetuo
hærescere, tibi illuso assimilari, irr
nesq; , sannas, & contemptiones p
dè ac libenter excipere percupio, p
pter te; neq; enim sum melior te,
Æternę glorię, cui gloria æterna. Am

MEDITATIO VICESIMA NONA.

Rex cum veste candida.

PRÆLVDIVM I. *Historiam pete, v superior meditatio petita.*

Prælud: 2. *Sequere IESVM cand tum per Vrbis compita.*

Prælud: 3. *Ora Deum, vt candidam h vestem bene intelligas, Domino illuso compatiaris.*

P

Punctum Primum.

hil de IESV decernit Herodes, sed *Lucæ 28.*
motæ mentis damnatum albâ in- *✠. 11.*
este imperat, ridendumq; vniuer-
bi proponit. Fatuum censet, quòd *Caietanus*
ontanti nihil responderit, ratus cũ *apud Bar.*
e tantùm eum vulgiq́; quisquilijs *rad: lib. 7.*
ocinari nosse: cum Rege, cum vi- *cap: 4.*
ilitaribus, cum hominibus erudi-
l aulicâ elegantiâ perpolitis, rusti-
is vitio, agere nolle. Is vestitus
bissimorum scommatum, ac illu-
um segetem modestissimo Regi no-
præbuit, quæ mala ingenti prouen-
ı aulis fruticantur. Christiane bo-
en Dominus tuus fatuus est apud
ines, sannio est apud Herodem,
d vitium hominis, non hominem:
sa rei tota est, quia silet. O Diuina
ientia! eoné vsq; deiectam te, vt in
entium censu habeare? Ergoné vt
ex imo iniquitatum fundo efferres,
o te in vastum cruciatuum mare
ecipitasti? vt æris obulum repertum
sum attolleres, aurum huic limo im-
ersisti sic, vt amisisse videare? O Do-
ne, libet rogare paucula, liceat quę-

 so:

ſo: Ecquidnam putem, vltrò te a
ſceſſiſſe: quod meâ cauſâ tantam
miniam vltro ſubieris? Stultum
tè te homines appellant. Ita eſt,
ma; Meus Amor omnem ſuperg
eſt modum, vt tibi ſalutem par
Agnoſco, bone IESV, amorem tu
& quantas amor ſuggerere poteſ
tias rependo, ſupplex, vt tuâ hac ſ
tiâ libens infatuer, ſtultuſq; prop
& dicar libenter, & habear; ne
ſtulta mundi tibi inprimis proban

Punctum Secundum.

VEſte alba Rex induitur, cuiu
gnum ludit Herodes; at non m
Herodis regnum ipſe ludit, dum d
quàm incerta, fluxa, & fragilia ſint
di regna, quæ vapori euanido, aut
rectè componi poſſunt. Quàm e
facilè veſtis vſu deteri, tam imperia
ſumi ac vaneſcere & poſſunt & ſol
oſtenditq; inſuper, quàm firma, ce
ſtabilia ſint bona æterna, quæ detri
tum capere nunquam poſſunt. Il
anima, te transfer, illuc concede; v
ſcant tibi omnia, quæ reuera vilia ſi

ıta, ideo quoq; hanc à IESV vestem
ıi, vt palàm fiat, innocenti vitam
Benedicta mors tua, bone IESV,
dicta ludibria & ignominiæ, quia
s eas & Innocentiæ candore con-
us sustines. O præstet id Pater tuus
us, præstes tu, præstet omnipotens
tus, vt albatus innocentiâ & nullo
ulosus næuo, quidquid aduersi of-
r, perpetiar: in magnis id certè
ficijs tuis, Domine, numerauero.

Punctum Tertium.

Andidatus à Rege Rex egreditur. vi-
detur triũphare, & quòd silentio vi-
t: & quòd Ethnicum inter & Iudæũ
nicitias composuerit. Erant enim
nici ad inuicem, fortasse ideò quòd
r in alterius ditionem, vt fit, se inge-
t. Scribit enim Beatus Lucas, Ga-
orum nonnullos à Pilato interfe- Luca 23.
s, sanguinemq; occisorum cum victi- v. 12.
s fuisse confusum. Luca 13.
Triumphant Beati in cælis, trium- v. 1.
at quoq; anima in terris, quæ oppu-
antẽ iniurijs silentio vincit. Se quip-
ipsum vincere gloriosius est, quàm

arces prævalidas solo exæquare. A
non ignobilem vel inde Christo de
triumphum, quòd Sacrosanctâ suâ
sione reconciliaturus erat Deo per
genus mortalium. Nulla certè, bo
IESV, hâc vel illustrior, vel æquior tri
phandi causa dari tibi potuit. Hos t
phos ambit, hos triumphos experi
nima mea, optatq; vehementissim
antequam corpore exeat, DEVM
beat amicum, vt candida ac innoc
eò protinus deuolet, vbi amicti st
albis Sancti sequuntur Agnum quo
q́ue ierit, nouumq́ue nec Beatis om
bus commune melos concinentes
tantur, ac gestiunt lætitiâ inenarrab
quod doloribus tuis, ludibrijs tu
contumelijs tuis, pie IESV, quibus
loca iam consecrasti, me consecu
rum confido.

MEDITATIO TRICESIMA.

Rex cum Barraba latrone collatus.

PRÆLVDIVM I. *Pete Historiam ex Euangelio.*

Prælud:

lud: 2. *Constitue te in Pilati Palatio.*
lud: 3. *Postula supplex gratiam cognoscendæ huius ignominiæ, & vt cum affectu commiserationis eligas tibi Christum Regem.*

Punctum Primum.

Euertit ad Pilatum ab Herode Rex
albatus, insons vel Herode Iudice,
nullâ compertâ noxiâ, hac ipsâ ve-
dum ludit Dominum, seriò testatur
iocentem: *Nullam* inquit Pilatus,
rtis causam inuenio in eo. Bonum fa- *Lucæ 23.*
m: insons noster Pater est, nihil in *vers.22.*
mali nisi mali inueniunt; absolue-
, dimittetur, viuet. Hoc secundùm
ristum tulit Ethnicus iudex decretũ;
illam in eo mortis causam inuenio.
idnam, quæso, in Christo deprehen-
s, Pilate, vt innocentem pronunties,
iem tanta multitudo damnat? Neq;
uidẽ tibi constat hunc DEVM esse, cui
tij nihil inesse vnquam possit. Neq;
ud nosti, liberalissimum esse bonorũ
rgitorem, qui *pertransijt benefaciendo.* *Actor: 10.*
atent hæc certè Pilatum, & tamen *vers.38.*
hristum declaratâ culpa noxaq; pu-

rum atq; immunem. Quid iam C
stiani? quid iam filij filiæq; Christi
ueniuntné causam, cur tam sæpe o
dant Christum? nocuitné cuipiam
sitné quenquam? Nihil minùs.
habes certè, anima mea, cur IESV
terficias; non habes cur etiam off
velis. At cur eum ames, cur ei seru
cur amore ipsius in horas singulas
riare, causas habes infinitas; tu, in
vel maximè, quam tot meritis Chri
cumulauit, tot bonis auxit, tot be
cijs ornauit. Quære quantũ vis, scru
quantũ potes; nihil, nihil reperies, q
ab amicitia IESV te iustè abstrahat;
hil inuenies, quod non ad eius te a
rem trahat. O dulcis IESV, ô Pater
ô summum bonum meum, nullã e
nullam quiuis alius tui offendendi c
sam habere in æternum potest; qu
quid autem causarum est, eò spect
vt te vnicè diligam, impensè colam,
tibi perpetuò inhæream. Diligo
IESV, bonitas æterna, diligo te toto
nimi mei affectu, colo, veneror, &
doro te, IESV, maiestas infinita, toto
ligionis totius impendio. Inhæresce

cupio totis animi, corporisq́; viri-
ô summum principium meum, fi-
supreme; supplicoq́; Clementiæ
vt ope tua ita viuam, vt nihil in me
enias, quod puniendũ iudices; quò
m te adiuuante incumbere volo.

Punctum Secundum.

Atet culpa Pilatum; at cæcitatem
Iudaicam non latet, & tanta quidẽ,
Regem Barrabâ sanguinario ac sedi-
o latrone deteriorem clamet. Et-
m permissâ insanæ multitudini op-
ne, vtrum saluum vellet; Christum
crucem, Barrabam ad vitam popo-
Amentes Iudæi, en cælum vobis
œnum offertur, lux & tenebræ, ec-
d vos tandem? Cœnum volumus,
ebras eligimus. Confertur impietas
nctitati, scelus innocentiæ, sanctus
roni, DEVS peccatori; at illi: Bar-
bam malumus, poscimus Barrabam.
iosi, furiosi, quid vociferamini? quid
tatis? legite IESVM, legite Saluato-
n: Barrabas homicida est, damnetur;
ro est, puniatur. Certè si is vitam a-
eripuit, potest & vobis; Barrabam,

clamant, saluum volumus: viuat B
bas, viuat.

Heu impias peccantium ment
quę eâdem prorsus insaniâ deserto
Diabolo adhærescunt. Diabolus
micida est, latro est ab initio. Is q
tertiam Cælitum partem æternùm
liauit, primos humani generis pare
paradiso exegit, ac felicitate illâ m
randum in modum exuit, infinitam
niq; hominum multitudinem in æ
na supplicia præcipitat: prædonem
men hunc homines sequuntur! Sal
auctorem repudiant! Da, Domine I
ne vllus mortalium, ne ego vnqua
à te desciscamus. Nihil equidem,
nicum bonum meum, nihil est in te
tij; quidquid in te est, mihi omni ex p
te placet, egoq́; te relinquere æternu
nolo: Dæmonem, Dæmonisq́; ille
bras prorsus detestor; vnũ te æternu
opto. Atq; hæc optio mea sarciat, o
contumeliam, quæ in latrone tibi à
tronibus illata est.

Cogita hîc quoq; eam vel improb
tatem, vel infelicitatem mortaliun
quàm sæpe illi homines probos nul

aut

postremo censent numero; impro-
obseruant, seq; dignos iudicant;
n illum aspernantur, illum perdi-
amant: sceleratus quidlibet im-
bè, auarè, crudeliter, libidinosè e-
t, liber est, incolumis est; rectus &
ns culpatur, damnatur, plectitur.

Punctum Tertium.

Bsolutus nocens est, damnatus in-
nocens. Insolenter admodum cur-
suum flexit Iustitia, eò, quòd Mise-
rdia nocentis miserta dignum
rte seruauerit; quia verò nihilomi-
sontis crimina punire decreuerat
itia, puniuit in insonte. Hunc mise-
Procle Pilati vxor, miris ac horridis *Niceph: lib. 1. cap. 30.*
undùm quietem spectris territa ad-
ebatur, ne interiret, quem vtiq; in-
entem, immeritumq; ad eadem po-
lari sciebat. Itaq; miserat, qui dice-
marito: *Nihil tibi & iusto illi*: Dice- *Matt: 27. vers. 19.*
oluit: Caue te in huius hominis iu-
ium ingeras: Est enim innocens,
nus, sanctus. O Domine, ô Rex meus,
Ethnica etiam te mulier nouit! vt te
tum confitetur! Ah! ego non noui,

qui toties peccando ad necem te d
ſco. Verùm abhinc cupio noſſe te
vnquam diſcedere à te. Nihil mi
cum eſto quod delictum attinet
quod ad honorem tuum ſpectat,
multùm mihi tecum eſto: te enim
tefero omnibus, quæcunq; tu no
te diligo ſupra omnia, quæ tu cr
potes: pro nihilo duco omnia pr
& quidquid animo, corporiúe opu
nolo niſi propter te. Nulla mihi res
ta dicat: Ecquid IESVS ad te? qui
bi cum IESV? Nolo pertineat quid
ad me, niſi IESVS. agere nolo, nol
uere niſi cum IESV, eaq; re in ſpem
nio fore, vt me non abneget IESVS.
uum ille me volet, qui eſt ſalus m
certuſq; ſum, ſi me fortè tentatione
mon moribundum pulſabit, dictur
IESVM: Nihil tibi, & animæ iſti; di
dite ab ea: mea eſt, & ad me pertin
in me vixit donec corpori hæſit, r
cum quoqúe in perpetuum viua
volo. Velis, ô bone IESV; nec
me vnquam abneges ſeruulum
tuum, quem vt emeres fudi-
ſti ſanguinē tuum.

MEDITATIO
TRICESIMA PRIMA.

Rex flagellatur.

ELVDIVM I. *Historia tibi propone.*

lud. 2. *Consiste in atrio, vbi Christus flagris cæditur.*

lud. 3 *Ora DEVM, vt perspicias, & doleas dolores IESV.*

Punctum Primum.

Entabat varios modos, quibus neci IESVM subduceret Pilatus; at cùm lus ex sententia cederet, explorare extremum decreuit vnum contuliæ, acerbitatis, atrocitatis plenissim, quo crudeles Iudæorum animos teret ac emolliret. Quid illud tannmodi est? flagris cædi IESVM iu. Horret crudelem adeo liberation animus, quâ, qui nihil culpæ adit, supplicio destinatur, qui pronunur innocens, ad flagra nudatur; cor turp lagis, qui à recto nunquam deit, corrigitur tamen, & corripitur. mpe Pilati voluntate perspectâ, li-

ctores

S. Birgitta lib. 1. reuelat: cap: 10.

ctores valentissimi atq; sæuissimi gnis sacræ ceruici impactis, corre illud cæli terræq; decus vestibus d liant. Per Deum, miserere, quisqu miserere innocentissimi; adiuua quis potes, ne sinas cædi IESVM. scuramini cæli, atra diem nox ob abscondat IESVM, ne nudum impu deant oculi, ne feriant sanctum m impiæ. Heu! nusquam auxilium, quam solatium video; video solùm gineo pudore purpurantem vult video lumina iam cælo sublata, ian midefixa: cor mæstum clamore to æthera permeat, iratoq; ac virga tentāti Patri prouolutum, paratū fe ratis verberibus subijcit. En ego quit) in flagella paratus sum, D Pater sancte; non fugio te quamuis nacem, non abscondo me quamui sontem: quin etiam vltro me tibi fi tui hominumq; amore, alacrem plagis offero, cæde, flagella; liber est, vt libet. His à te non absterret imò etiamsi me occideris, non ab rebis. Filius tuus sum, etiam flage tus; Patrem te meum agnosco, etia

llantem. O amabile cor Domini quàm paratum ad omnia, quàm obediẽs! At meum cor aliud mul-, bone IESV. Cùm tu mihi meri-pœnam intentas, mœret, queri-reluctatur; lætari autem deberet, re deberet: Ego in flagella paratus optime IESV, Rex meus; paratum abes, plecte, pulsa, cæde, quan-tibi cunq; videbitur. Age, homo, lacriter perferas, quidquid plaga-IESVS tuus Rex iustus intulerit.

Punctum Secundum.

rrexit manus Rex, quas restibus arbari lictores columnæ vehemẽ-nè alligarunt; at firmioribus iam itatis vinculis vnicus animarum tor IESVS sese deuinxerat. Acce-carnifices crudelissimi, virgarum-fasces spinis horridos expediunt, lido impetu corpus illud niue can-us cædunt, quod ictuum frequen-onscriptum in vermiculatam ver-rpuram, ne scilicet delicatissimo lori roseus quoqúe robur deesset. us iam rubet IESVS, iam sanguine suffusus

Vincentius serm: de Christi Passione, citans Eusebium.

suffusus, iam virgæ detritæ, iam pr
satellitum classis verberando fessa
cundæ locum operamque cedit. I
deunt secundi crassioribus bacillis
taureis taxillatis crudeliter instructi
riūt hi quoq;, lacerantq; artus sacro
ctos, purpureumque ruborem atr
uore ac funestâ nigredine confund
Deficiuntur & hi viribus, non ra
tertiasq; partes reliquis, ijsq; teterri
relinquūt, qui ferreis catenulis ad I
iam semianimem prosiliunt; corpus
vniuersum adeò fœdè lancinant, vt p
S. Birgit- fundis vulnerum sulcis non aliter,
ta 1. reuel. aratro proscissa tellus, hient artus sa
cap. 10. Rumpitur concisa cutis, aperitur
bro vulnere corpus, manat mille r
sacrosanctus cruor, frustatim dep
è virgineo sanguine diuinitus conte
tabernaculum, sudat rorem sangui
cruentum marmor, & coccineus t
rens crudele inundat pauimentū. Fle
identidem oculos Iesvs, quandoqu
cælum suspicit, quandoq; homines
spectat. Languet corpus, lingua sil
sed cor vocem dat non acerbitate,
charitate: Ne cesses, Pater mi, ne cess

feram

m plura, patiar plura, si iubes. San- hic Abelis iustissimi nō vindictam nat, sed vitam animarum.

pecta hæc diligenter, anima mea, bstupesce, gratiasq; refer pro his fla- , pro his plagis Regis tui, Patris tui; te hæc ille tulit, pro te. Numera ictus, & certè plures erunt, quàm cogites. Numerabant alij: repere- tq; septuaginta quinq; plagas supra nque millia, & quadringentas. In- itum planè supplicium! nempe in- ita & crimina mea, & reliquorum ninum, nec inauditâ solùm grauita- sed etiam multitudine innumerabi- Quis enim peccata numeret, qui- tum mea, tum cæterorum morta- n animæ scatent? Porro numeran- vulnera, singula imple lachrymis, gulis inimorere, ac si fieri posset, do- e fletuq; difflue, quòd DEVS adeo deliter pro te sit laceratus. Magnum die spectaculum in Hierosolymita- Prætorio DEO, Angelis hominibus tur. Nam mancipia Dominum infi- æ maiestatis flagris nudum cædunt: EVS autem tantam tamq; ignominio-

Birgitta apud Barrad. tom. 4. lib. 7. cap. 6.

sam

ſam iniuriam diſſimulat. Angeli,
ſi res agatur aliena, minimè de de
ſione cogitant.

Cùm Pater iratus filium caſtigat,
ter vel gratioſus quiſpiam famulu
ſtuantis animi dolorem haud leu
mitigat, eum filium pœnæ ſubdu
quod tametſi cum Patris iniuria fie
deatur; (erepto enim filio, acrio
ſæuitiam præ ſe fert) paterno tam
amori gratum eſt, quòd natum, q
cædere inſtituerat, ſubtractum vid
animoq; plagis, quas inflixit, cor
let, tametſi vultu ſæuiat. Hîc è m
bus irati Patris ſubducere IESVM ne
poteſt. ne principes quidem illi D
næ Maieſtatis famuli mouere ſe lo
aut verbum proferre audent.

Ah! metuo hanc Domini manu
Si enim adeo ſæuit in filium: quid r
tandem expectandum eſt mãcipio
quam? Timeo paternam hanc de
ram, bone IESV, timeo; niſi quòd
lud me ſolatur, quòd ea manus, d
totam in te vim effudit, de aſperita
plurimùm dimiſit. Tu quippe pro
obiecisti te, & vltro ſubiſti flagra, c
parata

ta fuerat in me. Itaq; si quis vnquã
i obtrectauerit, si pulsauerit, si con-
am fecerit, si vltrò corpus ipse me-
afflixero (prout certè statuo, singu-
; ictus meos iam hinc cum plagis
coniungo) libenter, quidquid il-
fuerit, amore tui perpetiar, dum
m perfectissimè tibi placeam.

Punctum Tertium.

abat inter extremos cruciatus vi di-
inâ confirmatus Rex, hærebat co-
næ penè exanguis ac teterrimam
n lanienam tacitus ac fere elinguis
nebat. interea non nemo, quem-
odum D. Birgittæ diuinitus prodi- *Lib. 1. Reuel: c. 10.*
est, accurrit, vincula præsecat, ac,
ine, inquit, indemnatum vos ac
dicatum hominem interfectũ itis?
t ille, fecitq;: at IESVS recisis vincu-
non temerè cogitari licet) languo-
umi prolapsus in stagnãte sanguine
oluitur. Copiosus sine dubio eti-
um è conciso iacentis IESV corpo-
lo, inquam, Diuinitatis armario ef-
litur thesaurus, quem redimendis
ninibus, atq; adeo mihi liberalissi-

mus ac munificentissimus Rex im-
dit. Curramus, ô anima, ad cælestes
gazas, curramus: pandamus totos
dis sinus, ibiq́; collectum solo sang
fideliter recondamus.

Cum angues medicaminibus a
rantur, moris est, virgis eos prin
radijsq́; verberari. En anguis, en ve
humi voluitur, qui toto corpore l
ratus, quantus quantus est sanguin
certam animæ sanitatem, effundit.

Peccauerat homo, æternaq́; me
rat supplicia, cædendus erat, lace
dus erat modis inauditis, seculis in
tis. occupat, excipitq́; flagra IESVS
clamat pro nobis: Iam tandem c
gentur homines, iam hæc anima,
illa à peccando desistet.

En quanto redempta es, ingrata
ma! quæ tamen tam immanis o
pretij rursum te venundas, rursu
seruitutem insanum mancipium
beris solâ seruiendi libidine, solâ
eundi voluntate. Hei tangat te ta
hæc Domini ac Regis tui laniena:
ueat te pretium tui, moueant vuln
Patris tui. Aliter abhinc habeto IE

tu

; qui pro te fudit sanguinem suũ.
s æternæ medicamentum, phar-
mq; immortalitatis auro, gem-
omnibus pretiosius Christus tibi
et; at tu id humi effundis. Flagel-
pro te Christus, sponsionemq́ue
mendationis tuæ; at tu corrumpi
as. Cogito meliora, bone IESV,
o saniora, atq; ex hac ipsa hora se-
restitutũ correctũq; eo, quicquid
pi. Corrupi caput praua cogitan-
nabo: læsi cor improba cupien-
nedebor: debilitaui manus agen-
ala; confirmabo. totus ægroto per
totus consanescere cupio per te.
medicaminibus ac remedijs, quæ
ramentorum mihi poculo porri-
mper, studiosè ritè vtar: pretium,
epensus sum, vt par est, æstimabo,
solicitꝰ incumbam, ne cuiusquam
modi boniúe amore vllam ipsius
am faciam. Effice, Domine mi,
, quæso, IESV optime, vt hoc di-
sanguinis impendium perspicuè
oscam, cognitumq́ue pro eo ac
tur æstimem, flagrorumq; tuorũ
emor sim per amorẽ, & particeps
atientiam.

MEDITATIO
TRICESIMA SECVNDA

Rex coronatur.

PRÆLVDIVM I. *Lege Historiam.*
Prælud: 2. *Adesto in atrio Prætorij cor tionis spectator.*
Prælud: 3. *Deum ora, vt ignomini Regis dolores perspicias, & an dolendi persentiscas.*

Punctum Primum.

ERexit se, an emersit potiùs? è sang
ne suo IESVS semianimis, ægreq;
dibus hærens ad vestes prorepsit, c
repentè satellitibus suis diabolus exc
ciandi spineâ coronâ Regis modu
suggerit prorsus inauditum. Capess
iussa serui nequam domini nequio
alacres ad vepretum decurrunt, ho
dos aculeis sentes desecant, diade
Matt.27. ver.29. plenũ tormenti nectũt, candidatũ vi
licet albis Herodianis Regẽ coronat
Collocant igitur satellites Regem,
xumq; è vepribus diadema cruentâ
tumeliâ sacro capiti ingerunt. La

cutem spinæ, carnemq́; consauci- ac per suturarum compages ada- rhamnorum stirpes in ipso cerebro anguntur. Totum patientissimi is corpus acerbissimo cruciatu pal- t, purpureus diuini cruoris latex riuis pallentem vultum compluit, roseis torrentibus conuulnerati itis sanguis flebiles oculos inun- , vt roridæ nubis instar liquescere, n purpureum imbrem solui sacro- ctus vertex videatur. Considera tu, ntus is Domini tui fuerit dolor. Deli- s, teneriq́; corpusculi puer si à ma- ad virgas vocetur, metu propemodũ nimatur: quodsi fortè etiam feria- , dolet acerbissimè: secus est in ro- to succiq́; crassioris homine, quem iste etiam percusseris, non admodũ q́; læseris. Temperatissimi ac tener- i corporis IESVS Rex tuus ducen- septuaginta sex vulneribus solo capi- acceptis, cogita, quàm acerbê sense- & spinarum aculeos, & ictus arun- ium, idq́; tuâ solius causâ, vt tam cõ- melioso cruentoqúe diademate re- um in anima tua emereri, ac de spi-

Fran: Bẽcius in Annal: Societ. ex relat. B. V. cuidam Indo facta.

S. Vincen. serm: de Passione Domini.

nis delictorum tuorum triumpl
posset, vt ad simile decus te excit
quò afflictionum voluntariarum,
rum, molestiarum, rerumq; ad
rum spinis in hac vita coronatus se
ternam illam coronam consequ
At enim non sapit animæ meæ di
ma tuum, bone IESV: nam tuum
dem caput, & meum (quia tuus sui
tu Caput meũ) vepribus redimitũ e
ego quicquid asperũ, quicquid acu
tũ, quicquid amarum est, horreo, ac
relinquo, prçoptoq; cum mũdo po
ad inanem lçtitiã comi & ornari, qu
tecum ad salutem spinis coronari,
geq; à castissima illa sponsâ tuâ,
spineam è manu tua coronam del
rat, abesse me video, & doleo. Eft
obsecro, IESV Rex clementissime
hæ spinæ tuæ, hoc sanguine tuo im
tum sertũ mihi tandem dulcescat, qu
quidem hac ipsa hora suscipio, eiq;
put meũ submitto, semper quod tu
posueris laturus, ac paratum me t
offero ad omnia, quæ tu immiser
aduersa amore tui & libenter fer
da, & perseueranter perferenda.

Puncti

Punctum Secundum.

Ccedebant tormentis ludibria.
Habebat coronam Rex, sceptrum
n habebat. Datur igitur sceptrum, at
n irrisionibus amarissimis, cum cō-
nelijs infinitis, quibus intelligi vo-
t impietas Regem non esse Regem.
pit ergo IESVS arundinem, teloq́;
to fragili, & mundi censurâ ridiculo
ntra tartareas potestates pugnacem
nat dexteram, palàm indicans, eo ip-
, quo iactatur, ludibrio vim se infer-
m profligaturum atq; obtriturum.
Ita est, Anima mea, ita est. quæ mun-
s stulta iudicabat, infirma, abiecta,
Christus mundum vincebat, subiu-
bat, triumphabat. Derisiones, igno-
niæ, flagra, afflicti corporis languor,
o ipse arundinis in modum fluctua-
t, arma fuerunt ei firmissima aduer-
s omnes hostes, quos mundus, quos
cus emiserat. Mira prorsus ac stu-
nda patrare IESVS nouit euanido e-
m fragilique instrumento, si id sua-
e manu teneat. videas certè plerosq;
i quamuis mundo censore sine cen-

su, sine tribu, sine nomine iacere vi
tur, at certè insignes ac prodigijs
pares quà concionando, quà pœn
tibus aures, errantibus consilium d
do, conuersiones animorum effici
Age, quid infirmior sexus, quid tene
ætatula abest ab arundine? tot tan
puerorum millia, tot puellarum my
des profuso pro Christo Virtuteq; s
guine vitam animosissimè posueru
Quàm frequentes fuerunt, sunt, eru
quos si naturam spectes, cannas i
dixeris: si virtutem attendas, colum
chalybe aut adamante solidas ex
maueris; qui quidem cursum ad c
minimè titubante gradu peragunt,
cuiuis àccini possit: Exultauit vt gi
ad currendam viam.

At ego, bone IESV, miserè titub
canna sum, arundo sum, & quauis a
dine fragilior, calamus sum quem q
libet auræ flatus hâc illâc impellat;
ni in tua manu forem, leuissimo etia
cuiusquam pressu frangi possem, atq
comminui. Supplex igitur te per ha
tam acerba ludibria tua obsecro, ne m
è dextera tua amittas, sed ad finem vs

us. Ego verò, quod in me est, tuo
s auxilio constare virtuti, ac perse-
re in bono toto animo desidero.

Punctum Tertium.

lutatur Rex: *Aue Rex Iudæorum*, *Matt. 27. vers. 29.*
identidem caput salutati pulsatur,
us adorati conspuitur. Ah! Regis-
æc reuerentia? Eccui tandem id
oris impensum vnquam est? siccinè
s v, meritus es de hominibus? sic-
de me, vt tam contumeliosis te o-
amus ludibrijs? His hodie (prô
r) his Christiani hodie ludicris, his
ndant contumelijs. Nam cùm ad
am pœnitentiæ tribunal prouoluti
se submittunt, cùm emendationẽ
riorum erratorũ pollicentur, cùm
ti cuiusuis fugam adpromittunt,
agunt aliud, quàm vno nixi genu
stum Regem venerantur? at cùm
a per confessionem crimina resor-
, cùm gratiæ cælestis thesaurum,
animæ salutem, cùm Deum ita
li habent, vt abiectissimis etiam re-
posthabeant; quidnam agere pu-
li sunt, quàm altero genu sacram

Regis Christi ceruicem premere? c
regium nefariè cruentare? os, vul
que diuinum per summum scelus
tis violare?

Alium ego cultum tibi, IESV
& DEVS, alium honorē præstabo,
nunc etiam ita cruore stillantem
nis implicitum, contumelijs obru
ac sputis fœdatum in cordis mei p
trale deduco, ac Dominum meum
gem meum, Deum meum inibi ad
petoque supplex, vt ne vnquam c
meo demigres, quò quidem den
diadematis tui aculei egregiè cond
quos tu, obsecro, cordi meo firm
impinge, ne inde vllo pacto possis
bi, vepribusq; tuis ita conuulnera
ctus meum, ne vnquam huius di
matis tui, huius regni tui, huius d
ris tui memoria meo effluat animo,
viuida, recensq; perseueret.

MEDITATIO
TRICESIMA TERTIA.
Rex in Porticu.

PRÆLVDIVM I *Historiam inspice.*

Prælud:

lud: 2 *Porticum Prætorij, Regemq; in ea stantem ob oculos tibi propone.*

lud: 3 *Lachrymas à Domino luctumque postula, quo miserabile illud spectaculum prosequi possis.*

Punctum Primum.

)Edè toto corpore laceratum, ac
prope excoriatum, spineâ coronâ
ridum, sceptro canneo illusum, lu-
â purpurâ intectum Regem IESVM,
um cælorum terrarumq; decus in
ticum producit Pilatus, vt luctuoso
spectaculo populus Sacerdotesque
nisericordiam flexi mitiora cogita-
itæq; Regiæ parcere velint. verùm
m prorsus ea res euentum habuit.
gus enim æquè ac sacerdotes con-
cto IESV exasperati rabie ardere, dē-
is frendere, pedibus supplodere,
nus sursum tollere, Dominum, si fie-
ossit, dentibus ac vnguibus discer-
ri. Non mouet impios Vultus adeo
erabilis! non tangit hostiles animos
o crudelis innocentis laniena! non
git? imò verò exhilarat, spemq; ce-
li Regiæ facit ampliorem.

Tangere

Tangere tu, oculis piè in Do
tuum conuersis, excitare hac Re
specie ad admirationem, ad dol
ad fletum, ad veram tui ipsius exi
tionem. Excitaberis certè, si stu
pieq; aspexeris. Videbis hîc nata
cruore lumina, genas ictibus tume
labra pugnis liuentia, sacram cæsa
barbamq; sanguine concretam,
hinc inde per laceri corporis fene
horridum in morem albicantia,
pus vniuersum densato coactoque
guine non tam tinctum, quàm ve
Quæ si tuâ causâ facta esse perspicie
xum eris, nisi mouearis.

*Doleo, suauissime IESV, dolores t
nec lugere desinam contumeliam
vsq; ad mortem meam. Erumpite
lis meis, lachrymæ, compluite vul
meum perpetui fletûs imbres, to
fluam lachrymis, qui totum IESV
vultum delictis meis tam fœdè viol
rim, totum Regis mei corpus tam
deliter peccando lacerauerim. A
deinceps vt violem, absit vt lacere
absit vt peccem, quin potiùs omni c
tentione enitar, ne quamlibet tenu

maculam

lam diuinæ faciei tuæ adspergam,
l leuissima vibice sacrosanctum
is notem, ne te vllo prorsus pecca-
idens volensq; offendam, ô spe-
præ filijs hominum IESV.

Punctum Secundum.

Eu! nullumné adeo pectus tam mi-
eranda species mouit? neminem-
n flebile spectaculum flexit? ne-
m, neminem. Alloquitur è porti-
pulum Pilatus: *Ecce inquit, homo.* *Ioan: 19. v. 5.*
e voluit: Regni hunc affectati reũ
? en, vt vix refert hominem. Vide-
idem, sitné homo, videte quàm
atus, quàm excarnificatus, quàm
vulneratus sit, sed vulnus, cui cum
ore ipsa quoque humana species
emodum defluxisse videatur. Re-
ant illi: *Crucifige, Crucifige eum.* O *Ioan: 19. v. 6.*
elia, & omni feritate tetriora pe-
a! ô barbaros, ô impios, ô nullâ
ificinâ exsatiandos animos! *Ecce*
: homo vtiq; : miseremini hominis
ines.

Ecce homo: at vos hominesné tandẽ,
mmanes humanâ figurâ belluæ?

Ita

Ita certè. rabiosum vulgus humai
naturam exuit, caninam induit; ni
si lacerationem, nil nisi lanienam
rat. Teterrimi leones patentes agn
lo rictus intentant, sauciam ac ser
nimem prædam certò deuoraturi.

Aliam te, ô Anima, aliam te Chr
Regi tuo exhibe, dùm audis dici:
homo. Attolle in eum hominem c
los, & tecum cogita: Ecce quid es
homo! ecce, quantum potuit hon
Cædi nunquam potuit Deus; cæcid
homo. Quisnam tandem ille hon
Tu quisquis es homo, tu cęcidisti! Es
tu fecisti, vt vix videretur homo, qu
more tui factus est homo.

Ecce homo, homo vtiq; non canis, q
tu quàm crebrò cane peiùs tracta

Ecce homo, cui similis nullus hon
Ecce homo, qui vnus vixit vt debuit h
mo: cæteri tecum iumentis propior
per peccatum: vnus hic expers pecc
homo. *Ecce homo,* à capite ad calce
totus saucius, totus concerptus, vt te l
naret totum, qui totus scatebas vuln
ribus. *Ecce homo,* dux & pastor in ha
vitæ mortalis solitudine tibi cœlitus c

blatus,

;, qui dum te ouem perditam per
ima dumeta requirit, totum ca-
:pribus cruentauit.

homo, homo ille, quem tu quon-
ô Mater diuina, pannis fasciatum
ous gestabas, quem tecum ad tē-
ductabas, quem concionantem
: solebas, quem mortalium pul-
mum ac speciosissimum noue-
ic ille est adeo deformatus, vt ne
m quidem hominis retinere vi-
r..

e homo. Ah! quibus modis acce-
s homo, qui ciuitates, castella, vil-
bibat benefaciendo, & sanando
:s oppressos à diabolo! heu, quale
um suorum prœmiũ habet, qua-
eritorum gratias tam bene meri-
e hominibus homo!

e homo. Quæris qui sit? quî voce-
Homo. Ecquis tandem? ignotus
que, plerisq; vix homo. At alijs
s Dominus, Rex, DEVS & Homo.

e homo. Qualis tandem? sanctissi-
optimus, animæ meæ totiusque
amicus dulcissimus.

Ecce homo. Contremisce, ingratissime
peccator

peccator, en iuxta te DEVS homo
& pro te vulneratus! ne vulneres
vulneribus: id enim neq; ille me
neq; tibi expedit. Erubesce, qu
peccatum cogitas; ecce præsens
tibi DEVS homo.

Lætare pie, lætare addicte Dec
mo. *Ecce homo* præstò est saluti
causâ plagis concisus, contumelij
pressus, doloribus confectus, ani
à te mendicat quã creauit, animan
gitat quam redemit, animam dep
quam tibi in æternum conseruet,
turam, ni conseruet. Responde
sim tu: Ecce ego tuus, quamuis v
mus, miserrimus, despicatissimu
mo. Ecce ego, non alienus certè
mancipio tuus, tuus in terris, tuus i
lis homo.

Ecce homo! Vos, quibus cognitus
dum est, oculos in eum conuertite
ce notus, ecce propinquus vester
mo. Cognoscite abhinc hunc h
nem, diligite in posterum hunc
pinquum.

Ecce homo, qui & te, & mundum
uersum sustollit in cælum; nec du
qui

:ò te perferat, nisi ſponte ex hu-
baiulantis defluxeris.
homo propter hominem cruciatu
tus, dolore conſumptus, vix hæ-
edibus, tanto tempore vllius ex-
axamenti.
homo, qui tè inuitat ad ſe: nempe
s pulchritudine non potuit trahe-
trahit deformitate. Capiat te facies
hominis, ô homo, propter te ſic
mata. hunc tu hominem in ani-
uo reconde, in corde tuo conſer-
ratiaſq; age, quòd tuâ causâ talis
s ſit; & da operam, vt quàm ſimil-
s ipſius in vitâ euadas.
ce homo. O quam diſſimilis illi⁹, qui
nphans nuper Hieroſolymã ingreſ-
ſt! ô quàm diuerſus ab illo, qui in
te Sancto cæleſti claritate effulſit.
ce homo hominum omnium nobi-
nus, nũc infra omnes abiectus, ſco-
niuriarum, receptaculum miſeria-
,exemplum calamitatis, peripſema
iq; omnium factus.
cce homo, qui nos diutino ac propè
ni ſtratos morbo ad ſalutarem ſan-
is ſui piſcinam inuitat.

Ecce homo, quicûm versari est a
consecrare; nullam enim amari
nem habet hominis istius conuers

Ecce homo: Caue oculos ab eo,
cor auertas, homo. Vnicum bon
tuum est hic homo, tui boni causâ
infanda perpessus. Quis id mihi
stet, vt ego defleam dolores tuos, ô
ne homo? verè bone, qui pro me n
homine tot mala pertulisti, & per r
tem tuã sustulisti pœnam meam, a
tisti vindictam, peperisti gratiam,
parasti gloriam.. Quibus tandem
dis id tibi ô bone, ô amabilis, ô d
homo, quibus id tibi gratijs officij
refundam?

Ecce homo. Si in syluis viator in
liatum hominem, vulneribusq; co
sum incidat, extimescit proculdub
eôq; grauiùs, quò qui iacet, nobilior
Itaque vel cautior pergit, vel si perg
vetat discrimen, reuertit.

Ecce homo, non quiuis è vulgo;
homo Rex, qui à latronibus tam in
gnè despoliatus, tam crudeliter c
uulneratus languet. Quisquis pecc
pergis, siste gradum: perîsti, nisi red

At

i qui patriam, cælestis peregrine,
, perge securus; periculum enim
d te manebat, subiuit hic homo, &
; tu latrones nequaquam euasurus
, eos in se auertit hic nobilissimus,
uauissimꝰ, hic diuinissimus homo.
lenter tamen, nauiter, & cautè in-
s oportet, ne deflectas à via, quam
monstrat hic viæ scientissimus, hic
is tuæ studiosissimus homo. Hàc
is, nihil tibi oberit tartareus latro,
l inimicus homo.

ce homo. Spectate quæso, vos quo-
Angeli, spectate beati cœlites hunc
inem. Nempe hic ille est, qui ab
i æternitate viuit & regnat Deus
s, Deus omnipotens.

ce homo, Pater æterne, *Ecce homo*,
pro me homine miserabili diuinæ
iustitiæ abundè satisfecit. Non po-
n ego pro me, non quisquam pro
tisfacere. Vnus hic homo omniũ
ulorumque nomina dissoluit; om-
n, quantum in se fuit, mala auertit.

ce homo, quem hominibus dedisti,
r omnipotens, quem propter sce-
hominum percussisti, in quo genus

num instaurare decreuisti. Aspice tum huius hominis; agnosce preti quod vultu ipso penditur. agnosce f filij pugnis contusam, ictibus sauci perlitam sputis, cruore fœdatam, & hæc intueris, respice simul propitiu nimam meam criminibus inquinat propter quam & pro qua sustinet h omnia filius tuus Deus homo. Per IESV faciem, Clementissime Pater, secro, condona quidquid peccaui, e da quidquid fœdaui, sana quidquid v neraui. Videam, quæso, in occasu m beatam hanc faciem, velut felicem b titudinis meæ Ortum. Præluceat hi ad beatam æternitatem hoc per tuæ beatitatis sydus, illucescat m enti hæc lucis æternæ fax, vt me te bris euolutum ad cælum deducat plenus doloris, plenus ignominiæ, p nissimus diuinitatis homo.

Punctum Tertium.

NOn mouit Iudæos tristissima la rati IESV species. Conclamant
Ioan. 19. *Crucifige, crucifige eum:* Filium DEI
ver. 6 7. facit. Mouetur clamore Pilatus, ex

ſcit, ac ſeductum Regem rogat: *Vn-* *Ioan: 19. vers. 19.*
tu? Nihil tam profundæ quæſtio-
eſpondit Dominus; tamen cum vi-
et ſilentium à Præſide grauiùs acci-
dixerat enim: *Mihi non reſpondes?*
is, quia habeo poteſtatem crucifigere te,
oteſtatem habeo dimittere te? dixit,
derationiſq́; Præſidem admonuit:
haberes, inquit, *poteſtatem in me vl-*
, *niſi tibi datum eſſet deſuper, propterea*
ui me tibi tradidit, maius peccatũ habet.
et Dominus etiam in capitis peri-
, genus ſuum non aperit, abſolui
poſtulat, Pilati poteſtatem planè
rmam oſtendit, nec ampliùs poſſe
m cœlitus conceſſum ſit, inſuper
catum hominis palàm aperit. Qui-
motus Præſes dimittendi IESV quę-
at occaſionem.

t equidem mihi nimioperè quæ-
dum non eſt; vndenam ſis IESV Rex
eniſſime: noui patriam, noui Patrẽ,
i familiam tuam. Patria tibi cælum;
er Deus eſt: Familia æterna, ſum-
ac omnipotens Trinitas. Verùm
n forſitan hæc meliùs taceantur,
n te tam indigne habitum, tam cru-

entatum, tam flagris fœdè concisun
tuemur. Minimè sanè. Clamo qu
voce possum; audiat terrarum orbi
cælo IESVS est: Pater IESV, Pate
ternus qui Filium ab hominibus
minum causâ sic cædi, sic afflictari
obteri permisit: nisi permisisset, v
IESV capillus non perîsset, sed m
dus perîsset.

Illud præterea considera, Deum
nam in te habere potestatem. Ipse e
vim tribuit, quâ manum moues,
pedem; quòd ambulas, quòd vi
quòd loqueris, ipsius est: neq; pc
quidquam, nisi ipse iuuaret. Si ita
vti reuera est, quî tandem in anim
inducere potes, vel leuissimè in eum
fendere? quî iussa ipsius aspernari?
oculo, cur linguâ, cur manu, cur
mo in eius contumeliam abuteris? c
tam liquidò scias, ne moueri quid
te posse, nisi Deus adsit, qui tamets
quemlibet tenuissimum etiam mot
præsens adsistat, & adminiculetur: p
catũ tamẽ quod motui adhęrescit, n
tiquam attingit? O DEVS, ô mi Creat
quãdoquidẽ à te solo habeo, quidq
habeo

peo, præter peccatũ, quod à me solo idcircò omnes motus meos tibi of-o, omnes in laudem honoremq; tu-cedere volo; idq; vt fiat, humilli-obsecro. Quodsi videas me pecca-llo modo velle, ne quæso linguam am, ne oculum, ne manum, ne ani-m, ne me totum adiuues, vt nullam candi habeam potestatem.

MEDITATIO TRICESIMA QVARTA.

Rex morti adiudicatur.

ÆLVDIVM I. *Historiam lege.*

lud: 2. *Adsta Pilati iudicãtis tribunali.*

lud: 3. *Pete cælitus & vberem fletum, quo iniquissimam Regis condemnationem prosequi possis, & opem ad retinendam animo latam in eum sententiam.*

Punctum Primum.

Iberare Regem contendit Pilatus, contendit perdere Iudæus, & quò ùs Pilatum impetat, grande ac de-

cumanum in eum expedit torment
amicitiam Cæſaris: *Si*, inquit, *hun*
mittis, non es amicus Cæſaris. Adeò
lentus erat ictus, vt Præſidem adhuc
motum humo afflixerit, qui ne Cæ
excideret gratiâ, excidit iuſtitiâ. in
centem Regem, Deum ad Crucem
